Este isidoro. ij. et̄imologiaz
logica est rōnalis sciētia/ in q̄
disputatur quemadmodū in
reaz causis. aut vite moribus veritas
ipsa queratur. Et dicitur logica
a logos quod est sermo eo q̄ circa ser
monem racionatiū versatur. alio no
mine etiā dyaletica nominatur. eo
q̄ disputato ex duoz sermone confici
Hanc autē sc̄iaz p̄mus inuenit plato
qui floruit cathegozis. Postmodum
eius discipulus porphirius floruit by
sagogis. ⁊ boetius sophismatibus ar
guti⁹q; enigmatibus. aristoteles q̄ li
bros q̄ plurimos scripsit de hac scien
tia videlicet librum piarmenias. in q̄
agit de terminis. libz p̄dicamento
rum in quo agit de ordine terminoz.
ad sua genera. librum p̄ozum in quo
agit de silogismis. libz topicoz. in q̄
agit de locis. librum elēoz in q̄ agit
de fallacijs. libz posteriorz i quo agit
de demonstracionibus. augustin⁹ eē
logicam scripsit quam incompletā vi
di. Vterius aduertendum q̄ dyaleti
ca dicitur ars artium sc̄ia sc̄iarum si
ne qua nulla sc̄ia p̄fecte scitur. Unde
isidorus libro. ij. dyaletica est discipli
na ad discerēdas reaz causas inuenta
Et diuiditur sc̄dm richardum in li. ex
scriptōnum in grāmaticam. ⁊ rōnem

differendi sed hec diuisio cōmunis nō
est. Alio ḡ modo potest dici q̄ logica
tres habet p̄tes. quia scz considerat d̄
terminis/ de p̄positionit us/ ⁊ d̄ argu
mentis. Unde argumentatio est sub
iectum logice eo q̄ omnia que in logi
ca p̄siderantur ad argumentatōnē re
ducuntur. Argumentationis duo sunt
genera. quia quedam est formalis sic
silogistica que tenet in omnibus ter
minis consimili forma retenta. ifoz
ma autem tūc tenetur q̄n qualitas ⁊
q̄ntitas p̄positionum seruantur. Alia
est argumentacio materialis que te
net solummodo gracia terminozum.
Cuiusmodi sunt consequente in locis
Rursus in dyaletica quedā sc̄p̄bisti
ca dicunt insolubilia/ non qz solui non
possunt/ sed qz de difficili soluntur.
ratione implicationis eo q̄ falsificāt
seipsa. Vterius in logica est quedaz
ars que dicitur obligatōnum p̄ quaz
docetur homo p̄tinerter respondere /
⁊ p̄pter concessionē possibilis ab im
possibili cauere. Nec autem omnia ⁊
similia speciali tractatu indigēt. pro
nunc autem scire sufficit q̄ dyaletica
docet v̄ez a falso discernere. licite ar
guere/ fallacias euitare ⁊ h̄mōi.

Ca. iij. de rethorica/ et ei⁹ inuentozib⁹

Este isidoro rethorica est bene
dicendi scientia. ⁊ sic nomina
tur a copia locutionis. Nam
rethoris apud grecos locutio dicitur. dif
fert autem rethorica a dyaletica i du
obus prout tangit boetius in topi. p̄
qz dyaletica considerat ozaciones in
se sine circumstancijs. non curando d̄
rebus. rethorica vero considerat cur
quis/ q̄n/ vbi ⁊ huiusmodi. Secūdo
differunt qui dyaletica vtitur p̄positi
onibus breuib⁹ ⁊ discōtinuis. retho
rica vero continuo sermone p̄ozat. hu
ius autē scientie inuētores apud gre-

cos fuerunt gozias/bermagosa. et apud
latinos floquit tullius. Inanis autem
retorice est pulchre loqui: verum sua
dere et hmoi. quibus orator in suo ser-
mone placidus redditur. Continet au-
tem retorica colores varios. Nam qui-
dam dicuntur colores verborum quorum
ornatus consurgit ex verbis et vocabu-
lis cuiusmodi sunt repetitio gradus =
cio. nam repetitio consurgit ex repeti-
tione alicuius dictionis in pluribus
orationibus conuenienter se habentibus.
Sicut dicerem? superbia fecit ca-
dere potentes. superbia renouit amicum
et parem contemnit. superbia semper pe-
tit preesse/patitur recusat. Alij autem
sunt colores dicti sententiarum quorum orna-
tus non ex terminis. sed ex rebus et sen-
tentijs accipitur. cuiusmodi sunt colo-
res qui dicuntur similitudo/contrari-
um. Sicut enim de supbo diceremus. H-
more lapidis durus intumescit/ hu-
mitem terrarum ex qua processit. non imi-
tatur. De his autem omnibus latius
multo alibi scripsi. Rursus aduertendum
quod a retorica dicti sunt retores
alio nomine dicti oratores. quorum insti-
tutio facta fuit pro defensione iuris
reipublice. Unde quintilianus in libro de oratione
institutione dicit quod orator debet esse
vir celebris: et in republica debet sta-
tum medium tenere. nullumque formi-
dare iuri assistere. decreta tenere.
Unde istodorus libro ethimologiarum
Orator (inquit) est vir bonus/ dicendi
peritus/ vitarum moribus et artibus im-
butus. cui scilicet oratorum memoria maxi-
me congruit. quia (teste tullio in libro de oratione)
memoria est thesaurus omnium rerum
qui nisi rebus inuentis custodiatur.
omnia in mente oratoris pereunt.

Ca. iij. de nomine poetrie/ de actoribus
eius/ et sine propter que inuenta est.

Ephezius in libro de diu-
sione sanarum/ dicit poetriam
esse vltimam partem logice. vnde
dicit quod poetria est scia ordinandi me-
tra secundum proportionem dictionum et pedum.
Nichilominus tamen poetria proprie non habet
pro obiecto metrificare sed potius fun-
gere siue sit in prosa / siue in metro.
Unde poetria dicitur a pozo quod est fin-
gere. Idem autem scie multi fuerunt
actores famosi. sicut omerus apud gre-
cos. Virgilius apud latinos. Narzatio
tamen lactan. li. ij. ca. xij. quod poetria
inuenta fuit a sapientibus romanorum
eo quod veritatem dare dicere non aude-
bant. ob hoc factis sermonibus loqui
didicerunt. Unde ostendit ob hanc causam
librum de tristibus compegit. in quo
poetico sermone ea describitur. que pla-
no eloquio dicere non audebat. ut pa-
tet librum eius intuenti. Rursus sci-
endum quod poetria non est inuenta pro-
pter mentiri. aut propter turpia de di-
fingere. quoniam hoc uocatus nouellus po-
eta li. de genealogia deorum illos poetas
redarguit qui suorum deorum canit illece-
bras. finis ergo poetarum non est men-
tiri vel irritare. sed ex similitudinibus
rerum unam pro alia intelligere. et
ita veritati semper intenta fisco sermo-
ne suum conceptum exprimere. Quis
enim crederet argum habuisse oculos
centum. aut hyo in vaccam conuersam
fuisse. aut lycaonem in lupum. Ne
enim omnes fictiones fuerunt. non tamen
mendacia. quinimo aliquas hystoria-
as veras ad mentem actoris referunt
et nos alias hystorias per illas intelli-
mus. quia vltimum mentem poeta-
rum ignoramus. Verbi gratia. Si ro-
me virgo aliqua violata fuerit ab im-
patore cuius virginis custos fuisset vir
aliquis oculatissimus et sapientissimus
nunquid virgilius rationabiliter fin-
gere potuit. hystoria ioue violata fuisse.
ideo in vaccam conuersam / racione

peccati carnis quod brutale est. Idem
enim similitudinibus fictiones rationabi-
liter inuente fuerunt et ex bona scien-
tia procedunt ingenioque sano. Sunt autem
poetarum septem genera. secundum septem
modos quos contingit facere poetas.
Unde poesis septem sunt species scilicet
comedia/tragedia iuediua/satyra/fa-
bula/hystoria/argumentum. Est autem
comedia poesis habens principium triste
finemque letum. Tragedia vero
leto principio inchoat/ et tristem finem
habet. Inuediua autem est carmen
reprehensorium mala intentione com-
positum. Satyra est carmen reprehensiuum bo-
na intentione propositum. Fabula est narzatio
que nec vera est nec verisimilis ad factum. verum
tamen aliqua veritate semper interdit.
alias non mereret dici poesis. Hysto-
ria autem est rei recte narzatio. Argu-
mentum vero est rei vtilis voluntaria si-
militudo. Sciendum insuper quod poete
quidam dicti sunt lirici eo quod eorum carmi-
na cum lira canebant. alij vero dicti
sunt tragici eo quod quoniam canebant sua car-
mina habebant byrcum per primio qui apud
grecos vocabatur tragos. alij autem ap-
pellati sunt comedi a comestatione eo
quod homines solebant post cibum (ut puta
post prandium) ire ad audiendum car-
mina eorum. alij autem dicti sunt satyri-
ci vel satyri. a saturitate eo quod de plu-
ribus rebus canebant et audientium
animos saturabant. Notandum insuper
quod quidam sunt poetas in quibus solus
poeta loquitur. sicut virgilius in georgicis
et dicuntur characteres. alij sunt autem
in quibus nunquam poeta loquitur ut in
bucolicis. et dicuntur carmina dialogi-
matica. Et huiusmodi sunt communi-
ter tragedie et comedie. alie autem poe-
ses sunt mixte. quia scilicet poeta aliquando lo-
quitur et aliquando non. et huiusmodi est
liber eneidos. Retorice aduertendum quod
poesis multa sortitur nomina. nam quoniam
quod dicitur prosa quoniam scilicet non habet leges

dicti metrificatura quoniam certis pedibus
mensuratur. quoniam etiam carmen ricmi-
cum vocatur/ quia sine simili termi-
natur. Et si carmen contineat paucos
versus. a quibusdam vocatur ydalius.
si autem contineat duos versus vocatur
dysichon. si autem unum contineat ver-
sum vocatur monostichon. et si carmina
multos contineant versus/ et de multis
rebus tunc vocatur centones. si autem
carmen loquatur de pastoribus voca-
tur bucolicum. et dicitur a bobus. Si
loquatur de gestis hominum fortium tunc di-
citur heroycum. nam heros grece di-
cuntur viri aerei et celi digni propter
sapientiam et fortitudinem. Si autem
carmen contineat miserias tunc dicitur
elegiacum. Et si contineat lamentum
vocatur trenos. Si autem conueniat
sepulchro vocatur epitaphium. Si
carmen sit aliquis titulus vel super-
scriptio vocatur epigramma. Insug-
fabule sunt duplices. quedam enim di-
cuntur besopice vel ytopice. que fini-
gunt animalia bruta mutuo loqui.
Alie sunt libistiche que fingunt homi-
nes cum brutis loqui et conuerso. Idem
tamen dicens videtur quo iure poetria de
beat admitti. plures enim eam inua-
dunt. eo quod vel ipsam nesciunt. vel quod
turpia quedam in poetis legerunt que
turpia poetrie non pertinent. nisi sine
bono terminetur

Ca. v. quomodo poetria non est contem-
pnda et qualiter poete claruerunt

Ote plures olim famosi fu-
erunt. inter quos claruisse vir-
gilius fertur. qui poetarum fu-
it clarissimus et optimus. ut inquit
augustinus. v. de ci. dei. ca. ij. Qui vir-
gilius dictus est a virga. eo quod mater
eius somniauit se virgam peperisse
quandam que usque ad celum pertinge-
ret. quod nichil aliud fuit. nisi quod

virgiliū p̄tura erat: qui loquendo de
altis celum tāgeret/ vt ait hugo. **I**ta
autē virgilius in p̄bia ⁊ necromantia
peritissimus fuit. mirabiliaq; ipsū fe-
cisse refert. alexāder neq; libro de na-
tūris rerū. **R**efert enī q; cum ciuitas
neapolitana peste sāguisugaz verā-
retur: liberata est ab eo: p̄ficiendo san-
guinugam seu yrundinem aureaz in
fundo putei. cuolutisq; multis annis
postmodū p̄dicta birūdo de puteo ex-
tracta est. et mox tota ciuitas repleta
est birūdinibus infinitis/ seu sangui-
fugis. nec sedata est pestis anteq; san-
guisuga aurea in puteū mitteretur.
Rursus de ip̄o refert idem. q; pontez
aureum cōstruxit. ⁊ rome palatū so-
lenne edificauit. nomen collisē. in q̄
cuiuslibet regionis ymago lignēā cā-
panaz manu tenebat. Et q̄ciens aliq̄
regio romanis rebellat: at: mox cāpa-
nā ymago regionis illius pulsabat. ⁊
miles i neus in summitate p̄dicti pa-
latij stabat et bastā vibrabat in illaz
ptem q̄ regionē illā respiciebat. **I**doz
etiam idē narrat hugo. **U**nde licet ar-
ti necromantie laus non debeat: operi-
bus tñ virgilij admiratio debet. cuius-
q; subtilitas huiusmodi narratōnibus
declaratur. **R**ursus alij fuerūt fa-
mosi poete vt ouidius/ ⁊ qui precessit
omer⁹. quoz dicta quasi vaticinia vo-
cati sunt. **F**loruit etiam besopus: cui⁹
fabulas cōmendat a. gellus. li. ij. **S**z
māz est si fabule sint mēdose: an ip̄is
vt liceat. quibusdam em̄ apparet non
licere. quoniam ars poetica inter sce-
nicas seu meretriculas numeratur. ut
ponit cōmentator boeci. p̄mo de cōso-
latōne p̄mo ca. **U**nde plato iussit poe-
tas a ciuitate expelli. eo q; dicebat e-
os virtutibus inimicos. et in hoc com-
mendat eū tullius in tusculanis q̄sti-
onibus. li. ij. **Q**uibusdam igit videtur
poetria detestandam fore. quoz yma-
ginationi non credo. q; poetria vtilis

est: si debito innitit fini: si licito exer-
ceatur vsu. **U**nde aug. li. p̄mo p̄fessio
nū loquens de poetis sic ait. didici in
eis mīta verba vtilia. **U**nde et sacra
scripta fidoibus vt q̄nq; inuenitur.
Nā in libro iudith fertur/ q; ligna si-
bi regē fecerūt. **S**ed quomō regē fece-
runt si loqui nesciant. **R**euera sic fi-
ctio fuit/ q; significatio intenta verissi-
ma fuit. **I**taq; non fuit fictum qd̄ in-
tenditur. **S**ed fictum est q; ex p̄dictis
verbis prima facie concipit. **D**e vera
autem poetria cōfermīter fatemur. cu-
ius finis nō est mentiri: sed verbis fi-
ctis veritatē describere. **V**erū ficti-
onum quedā sūt vane ⁊ inuitiles: alie
autem vtilis. **U**n̄ macrobius. li. i. su-
per somnio scipionis. **Q**uedam (inq̄t)
sunt fabule voluptatis gratia et alie
sūt exortacionis causa. p̄mas elimina-
uit sapia. ⁊ in alijs quādoq; loquitur.
Unde sicut dicit in. li. de ortu sciētia =
rum/ sancti doctores in libris suis q̄nq;
fabulas introduxerūt. sicut ambrosi-
qui i libro. ij. de offic. recitat fabulā
de illo qui iuenit anullū in equo eneo
sub terra. quez cū haberet in manu a
nullo videri posset. de qua fabula di-
cit ambrosius/ q; et si vim veritatis n̄
habeat: tamē rationē habet/ vt iuxta
eam possit veritas manifestari. **S**an-
dē etiā fabulā narrat tull. ij. de offic.
Tales igit fabule q̄bus veritas pre-
tenditur: reprobāde nō sunt. **U**n̄ idēz
ambrosi. sup lucā ix. interferit fabulā
de illo rege qui cū aliquid tāgeret au-
rū fiebat. et sic fercula mortalia sibi
fiebant aurū et cibus in ore nō alimē-
ta sed vulnera dabat. potū quoq; de-
glutire neq̄bat. **T**alia (inquit ambro)
sunt beneficia idolorū. vt cū videant
prodesse: plus noceant. **E**cce videmus
fabulā documētū pretēdisse. **R**ursus
aug. li. ij. sermonū/ sermo. xxvij. intro-
ducit fabulā illius de quo fert. q; vi-
res sue augebāt q̄ciēs terrā tāgebat.

Uiq; ergo pugnaret: eo pacto quo ad-
uersarius eum prostrabat ille virib⁹
preualebat. quam fictionem christo
conuenisse Augustinus tradidit. qui
cecidit per mortem: vt gloriofus re-
surgere. **L**eterum heronimus epi-
stola decimanona introducit fabulaz
besopianaz de cane tenente os in ore
qui cum vidisset maiorez vmbzam of-
fis in fonte: os quod tenebat dimisit
propter vmbzam. **E**x his ergo appa-
ret q; fabularum quoddam est genus
vile/ ⁊ in sacris eloquijs quandoq; bo-
nestum.

Sed quid dicemus ad ea que in cō-
trarium obiciuntur. **D**icebat enim a-
gell. q; poetria meretricula est. ratio-
ne cuius plato poetas expulit a roma
referente tullio. **D**icemus enim quo-
niaz poetria ideo meretricula dicitur
ex p̄ncipalibus sciētijis non est vna
sed inter minus p̄ncipales numera-
tur. alias enim sapientie non assistit
eui tamen assistebat. vt etiam inquit
preallegatus expositor boeti.

Rursus ad platonez dicemus q; illos
reprobauit poetas quib⁹ mentis vsus
est. ⁊ quorum fictions turpia sonant.
Alios autez poetas repudiare non in-
tendit/ quozum scilicet fictions veri-
tatem pretendunt. **A**lias enim docto-
res sancti ip̄os exponendo christo nō
applicassent.

Insuper ⁊ philosophos fabulas vt
nouimus. **U**nde apulei⁹ libro de deo
socratis fabulam introduxit de cozo
tenentem carnem in ore. cui cuz dixit
set vulpecula/ q; agnus melius canta-
bat illo. volens cozuus probare con-
trarium aperuit os. ⁊ sic amisit car-
nem ex ore. ⁊ volens cantare potius
crocitauit q; cantauit. suumq; defectū
publicauit. **I**dec enim fabula preten-
dit hanc veritatem: quia scz multi se
magnificare volentes ultra modum:

ruinam patiuntur. **I**nsuper titusti-
nius libro secundo introducit fabulaz
de conspiratōne membroz contra sto-
machuz. ex hoc q; omnia consumebat
in q̄bus laborabant membra. **E**t cū
fuisset aduudicātū q; stomacho nichil
daretur: membra omnia languerunt.
Und̄ oportuit stomacho itez dare ne-
cessaria vt membris distribueretur.
Idec siquidez fabula hanc pretendit
veritatem. quia scilicet multi alioz
bonis derogant/ a quibus tamen su-
stentantur. ⁊ cum prouocauerint illo-
rum destructionem: ip̄i procurantes
indigentiores fiunt. illisq; vel illoz
procurant restitutionem: cui vel qui =
bus substrahendum suaserunt. **I**dec
etiam eandem fabulaz introducit po-
licrat. libro sexto capitulo secundo.

Ex quibus omnibus patet clare poe-
mata non esse repudianda eomodo q̄
aliqui poetriam ignozantes repudiāt
quia (teste eodem polierat. libro septi-
mo capitulo nono) sicut omnia animā
tia fuerunt concessa homini. excepto
q; non debuit comedere carnem cum
sanguine (vt patz genes nono) sic om-
nes scripte tam poetarum q; genti-
lium legi possunt ad vtilitatem. exclu-
sis tamen erroibus qui per sanguinē
intelliguntur.

Ca. vi. de arithmetica sc̄m isidoz

Arithmetica est disciplina nu-
merozum. greci enim numez
ritbmon vocant. **Q**uam scrip-
tores secularium litteraz inter disci-
plinas mathematicas / ideo p̄ximam
esse voluerunt: quoniam ipsa vt sic /
nulla alia indiget disciplina. **M**usi-
ca autem ⁊ geometria ⁊ astronomia
que sequitur/ vt sint atq; subsistant:
istius egeret auxilio

De autoribus arismetice. Numeri disciplinam apud grecos primum pithagoram nuncupant scripsisse. ac deinde a nichomaco diffusius esse dispositam. Quam apud latinos primus apuleius deinde boetius transtulerunt.

Quid sit numerus. Numerus est multitudo ex unitatibus aggregata. Nam unum semen numeri non numerus esse dicimus. Unde numero numerus nomen dedit. et a sui frequentatione vocabulum invidit. Unus a greco nomen trahit. greca enim unum enna dicunt. sicut duo et tres. quos illi dua et tria appellant. quatuor vero a figura quozata nomen supererunt. Quinque vero non secundum naturam sed secundum placitum voluntatis acceperunt. ab eo qui numerus nomina indidit. Sex autem et septem a greco veniunt. In multis enim nominibus que in greco aspiratione habent nos per aspiratione. s. ponimus. Inde est quod per hex sex et per hepta septem sicut per herpillo herba serpillum. Octo vero per translationem sicut illi et nos ita. illi nea nos no uem. Illi deca nos decem. Dicit autem a decem greca etymologia. eo quod ligant et coniungunt infra iacentes numeros. Nam decimas coniungere vel ligare apud eos dicitur. Porro viginti sunt decem his geniti v. p. b. littera posita. Triginta quod trinario denario gignant. sic usque ad nonaginta. Lentius vero vocati a centu quod est circulus. ducenti a duo et centu. sic et reliqua usque ad mille. Mille vero a multitudine. indez multitudo.

Quid prestent numeri. Ratio numerorum non contemnenda est. In multis enim scientiarum scriptura rerum locus quantum misterium habet elucet. Non enim frustra in laudibus dei dicitur. omnia in numero mensura et pondere fecisti. Senarius namque nu-

merus qui partibus suis perfectus est. perfectionem mundi quadam numeri significatione declarat. Similiter et xl dies. quibus moyses et helias et ipse dominus ieiunauerunt. sine numerorum cognitione non intelliguntur. sic et alij in scripturis sacris numeri existunt quorum figuras non nisi noti huius artis scire soluere possunt. Datum est nobis etiam ex aliqua parte sub numerorum consistere disciplina. quando horas per eam discimus. quando mensuram curricula. quando spacium anni rede deuntis cognoscimus. per numerum siquidem ne confundamur instrumur tolle numerum rebus omnibus et omnia pereunt adime seculo computum et cuncta ignorantia complectitur. nec differre possunt a ceteris animalibus qui calculi nesciunt rationem.

Capitulum septimum de geometrie inuentoribus et de vocabulo eius.

Geometria disciplina primum ab egyptiis reperta fuisse dicitur. quia vendante nullo et omnibus possessionibus eius limo obductis. initium terre diuidende per lineas et mensuras nomen arti debet que deinde latius acumine sapientum cum perfecta est. et maris et celi et aeris spacia mentiuntur. Nam prouocati studio sic ceperunt post terre dimensionem et celi spacia querere. quanto intervallo luna a terra. a luna sol ipse distaret. et usque ad verticem celi quanta scilicet mensura discederent. sicque interualla ipsa celi orbisque ambitum per numerum stadiorum ratione probabiliter distinxerunt. Sed quod ex terre dimensione hec disci-

plina micum sumpsit. ex initio sui et nomen seruauit. Nam geometria de terra et de mensura nuncupata est. geometria enim grece terra vocat. latine metrom mensura. Huius discipline ars pertinet in se lineamenta. interualla. magnitudines. figuras. dimensiones et numeros.

De diuisione geometrie. Geometria quod tripartita est diuisio in planam in magnitudine rationalem. in figuras solidas et magnitudinem numerabilem. plane figure sunt que et longitudine et latitudine continentur. que sunt iuxta platonem numero quinque. Numerabilis magnitudo est que numeris arismetice diuidi potest. Magnitudines rationales sunt quorum mensuram scire possumus. Irrationales vero quarum mensuram quantitas cognita non habetur.

De differentia geometrie arismetice et musice. Inter eas hoc inter est. ut media inuenias. In arismetica si mo si queris aliquorum numerorum. coniungis extrema et diuidis et facis mediam. ut puta fac extrema esse sex et duo decim simul iungis et faciunt xvij. partitur media et facis nouem. quod est analogicum arismetice ut mediam nam quot monadibus superat primum tot superat ab extremo. superat enim sex tribus monadibus et his superatur a duodecim. Secundum geometriam vero ita que extrema multiplicata terminant faciunt quantum media multiplicata. ut puta sex et duodecim sunt extrema illa multiplicata faciunt lxxij. media autem que sunt octo et nouem multiplicata etiam tantundem faciunt. Secundum musicam ita queris in qua primi superatur medium a primo ex eadem extremi parte superatur medium ab extremo ut puta octo duabus partibus superat sex. que due partes sunt tertia senarii pars. Ideo media pars sex octo in quatuor partibus ab ultimo superatur que est xij. cuius quidem numeri tertia pars est qua-

tuor. Quod numeri infiniti existunt. Numerus autem esse infinitus certissimum est. quoniam in quocumque numero finem faciendum putaueris. idem ipse uno adhibito non dico augeri. immo quantumlibet sit magnus et quantumcumque ingentem multitudinem contineat. in ipsa ratione atque scientia numerorum non solum duplicari. verum etiam multiplicari potest. Ita vero suis quilibet numerus proprietatibus terminatur. ut nullus eorum potest esse cuiusque alteri possit. et dispariter inter se atque diuersi sunt. et singuli quilibet finiti sunt. et omnes infiniti sunt.

Capitulum octauum de musica et eius utilitatibus.

Artes musice multe sunt utilitates. Ad cuius declarationem animaduertendum. quod teste aristotele. philosopho. politice. iuuenes debent erudiri in musica. Nempe iuuenes plus ceteris hominum statibus in continua mutabilitate deuoluuntur. et lasciuus infestantur. Ipsi igitur utile est si opibus de bonorum genere complacenter adhereant. alias enim iuuenis lasciuie deseruiet. itaque cum senuerit. impietatis amator erit. quoniam (ut dicitur libro ethice. in his delectari est nobis utile. in quibus ab infantia delectari incipimus. Si ergo iuuenis in musicilibus eam reperiat complacenciam. quam in vanitatibus querere solet. si hi tunc facile apparebit que praua sunt relinquere. et potiori complacencie anim exhibere. Ex quibus colligitur prima musice utilitas. que est iuuenes a malis complacencis reuocare. Alia utilitas est. quia letificat tristes. et letos magis ac magis letificat. ut ponit aristoteles in suis problematibus parte nona problemate primo.

Costant
Et idem aristoteles viij. poli. aia (in-
ducit) naturaliter delectat in musica et
facit aias sic intentas / vt nihil aliud
cogitent / sicut dicit cassiodorus. Rur-
sus constantinus in suo viatico refert
orpheum dixisse / qd per suam musica
mutabat principum corda de tristitia
ad leticiam. Ceterum musica excitat
dormientes / et dormire facit vige-
lantes. sanat etiam a melancholia.
Unde aristo. in poli. dicit / qd musica e
amica omni etati / et signanter iuueni-
li. Unde musica amant animalia bru-
ta. sicut boues / cerui / aues / et pisces.
Nam aues incessanter cantant si au-
diant canentes / et pisces ad melodiam
congregantur. Unde refert a. gellius.
li. viij. noctium adicaz / qd citharista-
rion in mari pectus / a delphinis sal-
uatus est. eo qd cithara dulcem sonum
pegerat / puius submergeret. Et ibez
refert plinius. Ingit etiam ouidius /
qd orpheus cithare carmine arbores co-
gregauit. Idius autem artis melodi-
am non perpendens rex miba / aut sal-
tem male de musica iudicans / aures
suas in aures asininas mutatas ha-
buit. Unde plinius. auriculas asini rex
miba habet. Dixerat em / qd de pan-
dulcius harmonisabat cum canis se-
getalibus / qd apollo cum cithara. Et
licet bec fictio sit / tamē designat sano
intellectui harmonia placere debere.

Ca. ix. de inuentoribus artis musice

Evangel
Vice restat inuentores desig-
nare. Ad cuius euidentiaz co-
memoremus ea que legimus
Referunt eniz greci pitagoram p̄m
musice artem ex sonis malleoz p̄m
excogitasse. Audiens eniz ex malleis
sonoz disparitatem / aut melodia cau-
sari / concludit merito harmoniam hu-
mana voce p̄mpli fieri posse. Idic
etiam narzationi alludunt boecius et

Tabul
Tabul
macrobius. Alij autem tubal musice
inuentorem extitisse volunt. de quo tra-
dunt hystorie / qd cu artem musice ad-
inuensset / in columna duplici ea scri-
psit. quax vna marmorea / et altera la-
tentia. audierat eniz adam p̄betasse
duo futura mundi diluua. vnum scz a-
queum / et aliud igneuz. Ut igitur ars
per eum inuenta non deleteretur / ipaz
in marmore scripsit / ne p aqua p̄iret.
et in lateribus ne per ignem accende-
retur. Unde iosephus has duas colu-
nas narrat in terza syrie hucusq per-
mansisse. Idic autem narzationi allu-
dit moises gen. v. patrez em musicoz
ipsum appellat. Ceteri aliqui dicunt
moisen musice inuentore fuisse. aqua
rtiq sonitu harmonias penitus p̄pen-
disse. Rursus quidam veteres philo-
sophi harmonias dicunt a celo / mo-
tibus originem accepisse. affirmates
qd ex celo / motibus maxima consur-
git melodia / rone conficatonis corpo-
rum celestiu / in quibus creditur ma-
xima amicitia / seu cocordia / vt docuit
empedocles. Insuper affirmauerunt
qd ab orbibus celestibus maxima cau-
satur melodia / sed non p̄pendim. eo
qd (vt dicunt) ab exordio natiuitatis
sub orbibus nutriti sumus / et ita assi-
duitate audire non credimus. Ad ro-
bur autem sue imaginatonis / inducit
exemplum de his / qui a iuuetute nu-
triti inter fabros / malleoz idus aut
non audiunt / aut saltem se audire no
attendunt. Idic opinioni proxim vi-
detur fuisse plato / qui super quilibet
orbem celestem vnam syrenem itare
putauit. Idorum autem opinionem re-
probat aristoteles libro de proprietati-
bus elementoz / et secundo celi. Idaz
autem narzationum controuersia / nec
ratone nec experientia dissolui potest.
Non enim ratone / quia in facto hysto-
riaz narzationib credere optet. nec ex-
perientia qz p̄dicte narzationes nostra

ppa oppo
tempora p̄cesserunt. Arbitrandum
est tamen qd multi fuerunt inuentor-
es iuz varietate temporu / et regionu.
Si autem queramus qs inter omnes
inuentores p̄mus extiterit / puto qd ip-
se tabul p̄mus fuit. quia ceteros tpe p̄-
cessit. sacra etiam scriptura ipsum in-
uentorem commemorat / alios autem
nequa.

**Capitulum decimum de astrono-
mia et eius inuentoribus.**

Astronomia est astroz lex que
cursum sydeoz / et figuras / et ha-
bitudines stellarum circa se /
et circa terram indagabili rone p̄cur-
rit. Astronomiam primi egiptij inue-
nerunt. astrologiaz vero / et natiuitatis
obseruantiam caldei p̄m docuerunt.
abraham autē instituisse / egiptijs astro-
nomiam iosephus auctor asserit. Bre-
ui autem dicunt hanc artem ab athla-
te p̄us excogitatum. Idic dicitur est
sustinuisse celum. Quisq autem ille
fuerit / motu celi / et rone animi excita-
tus p̄ tempo / vices / p̄ astroz ratos d
fenitosq / cursum / p̄ intervalloz spacia
moderata / considerauit dimensiones
quasdam / et numeros / que diffiniendo
ac secernendo ordine neccens / astrolo-
giam reperit. In vtraq autem lingua
diuersoz sunt quedam de astronomia
scripta volumina. Inter quos tholo-
meus rex alexandrie apud grecos p̄e-
cipuus habetur. hic etiam / et canones
instituit quibus cursum astroz inueni-
tur. De differētia astronomie / et astro-
logie. Inter astronomiaz em / et astrolo-
giaz aliud interest. Nam astronomia
celi couersione / ornatu / ortu / obitu /
motuq / sydeoz cotinet. vel qua de cau-
sa ita vocentur. Astrologia vero p̄tm
naturalis / partim supstitiosa est. Na-
turalis dñi exequitur solis / et lune cur-
sum / vel stellarum certas tempo / stati-

ones. Supstitiosa vero illa est / quam
mathematici sequuntur / qui in stellis
auguriantur / quicq etiam duodecim ce-
li / signa per singula anime vel corpis
me / mbra disponunt / sideriq / cursum
nati. vitatis hoim / et mozes predicare
conant. De astronomie rone. astrono-
mie ratio modis plurimis constat. dif-
finit em quid sit mundus / quid celum /
quid spere / situs et cursus / quid axes
celi / et poli / quid sint climata / quid cur-
sus solis / et lune / atq astroz.

Ca. xi. de medicina et eius inuentoribus

Medicina est que corpis vel tu-
etur vel restaurat salutē. Cu-
ius materia versatur in mor-
bi / et vulneribus ad hanc tñ p̄tinet n
ea tñ que ars eoz / exhibz qui proprie
medici nominantur / sed etiam abus
et potus / et regimen / de fenio omnis /
atq munitio qua nostrum corpus ad-
uersus externos idus casusq / seruatur
De nomine eius. Nomen medicine a
modo id est tempamento impositum
existimatur. vt non statim / sed paula-
tim adhibeatur. nam in multo conri-
statur natura / mediocriter autem gau-
det. Unde et qui pigmeta / et anthido-
ta satis vel assidue biberunt / veratur
immoderatio em omnis non salutem /
sed periculum affert. De inuentorib
eius. Medicine autem artis adoz et
repettoz apud grecos p̄hibetur apol-
lo. Idic filius eius esculapius lau-
de / et oper amplificauit. sed postq ful-
minis idus esculapius interit / inter-
dicta fertur metedi cura / et ars simul
cum adoze defecit. latuitq p̄ annos
quingentos vq ad tempus arthaxer-
xis regis persarum. tunc eam reuoca-
uit in lucez p̄pocates asclepeo patre
genitus in insula choos.

Ca. xij. de actibus legum.

Omnes gentes ebraice primus omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. Phozoneus rex grecis primus leges iudiciaque constituit. Mercurius termegestus primus leges egyptijs tradidit. Solon primus atheniensibus leges dedit. Ligurgus primus lacedaemonijs iura ex apollinis auctoritate confirmavit. Numa pontilius qui romulo successit in regno primus leges romanis edidit. Deinde cum populus sediciosus magistratus ferre non posset. decem viros legibus scribendis creauit. qui leges ex libris solonis in latinum sermonem translatas duodecim tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hi appius/ claudius gemicius/ veterius/ curatius/ sextus/ iulius/ mauius/ sulpicus/ et omelius posthumus. Hi decem viri legum conscribendarum electi sunt. Reges autem redigere in libris primus consul pompeius instituit. sed non profuerat ob decretatorum metu. Deinde ceteri cepit id facere sed arte interfectus est. Nauatim autem antiqui leges vetustate atque incuria defuerunt. quae et si iam nullus usus est. noticia tamen videtur necessaria. Nove a constantino cesare ceperunt et reliquis successibus. erantque permixtae inordinate. Postea theodosius minor augustus/ ad similitudinem gregoriani et arnigianii. codicem factus constitutione a constantini temporibus sub proprio cuiusque imperatoris titulo disposuit. quae a suo nomine theodosium vocauit.

Ca. xij. de politica et regimine ciuitatis

Politica dicitur a polis quod est ciuitas et icos scientia quia finis politice est ciuitate bene

regi. Unde scientia politica est scientia qua urbes reguntur/ seu respublica dirigitur. ut pace respublica fruatur. sic satis inuuit augustinus libro decimo nono de ciuitate dei. Politica igitur concernit regimen ciuitatis. Est autem ciuitas ciuium vnitas. Et secundum isidorum xv. etymologiarum. ciuitas est conuersio hominum multitudo societatis vinculo adunata que aliquando vrbis vocata est. et aliquando respublica nominatur. Quae diffiniens scipio dicit eam esse rem populi. populus autem non dicitur quelibet multitudo sed soluz illa multitudo que habet communionem et consensum ad communem utilitatem. hanc narzat augustinus libro de ci. dei. et isidorus libro decimono nono etymologiarum. Aduertendum igitur quod respublica est sicut quoddam corpus quod diuino numine animatur/ et regitur. ut tangit helinandus in croniciis libro secundo. Diuus autem corporis caput dicitur princeps et senatores locum cordis tenent. Iudices autem et praesides tenent locum oculorum et auriem et oratores locum lingue. ceteris quoque membris persone alique reipublice comparari possent. Dicuntur autem senatores a senio eo quod antiqui senes in senatores eligebantur. quorum institutione romulus inuenit. et nomina eorum presente populo in tabulas aureas contulit. Olimque filij senatorum illi dicebantur qui nascebantur tempore quo patres senatores erant alij vero non. Et hoc scripsit vulpianus suo libro. ut patet in digestis li. i. Rursum in politica eligendum est princeps/ nisi secundum generationem quis principatum obtineat. quod princeps non cupidus aut luxuriosus inueniatur. Unde tul. li. de pador. quod inquit impabit vrbis/ quod non potest cupiditatibus ignare. Refrenet ergo princeps libidines/ ignat voluptates/ iracundias/ caueat/ auaricia coerceat. ceteras an-

labes repellat. Princeps enim non debet eligi nimis pauper aut nimis diues. Unde olim (put refert valerius li. vi.) duo viri coram scipione et senatu ut ad hispaniam muterentur contendebant quorum vnus ditissimus alter pauperissimus erat. quibus scipio ait. neuter michi placet. eo quod alter nichil habet. alteri nichil satis est. Ceterum indignus est principatu et gradu superiori/ qui se non bene regit in inferiori. ut ponit poenus li. xij. Nec debet quis appetere regnum vel principatum. quod (teste seneca de beneficiis libro. iij.) regnum est nolle regnare cum possis. Unde galterus in primo alexandretos. Asperus nichil est humili cum surgit in altum. Et gaufridus. si vis bene duci/ te certo committe duci. Illud tamen oraculum sepius accidit. In libro enim sermonum ait. populus quod stultus honores sepe dat indignis. Et claudius in maiori. Jam non ad culmina reus iniustos creuisse querat. tollitur in altum ut lapsu grauiore ruant. Quibusdam tamen principibus nullus placet. omnibusque detrahunt. Illudque sydonij in eplari suo li. v. dicere videretur/ si eligimus humilem/ vocatur abiectus si erudum/ superbus si doctum/ inflatus si imperitum iridebitur. si seuerus/ crudelis erit. si indulgentem facile culpabitur. si simplicem/ despicietur. si diligentem/ suspectiosus crederetur. si quietum/ ignarus vocabitur. si abstinentem/ auarus. si bene pascentem/ gulosus putabitur. his ergo virtus nulla placet. Quicquid sit tamen virtuosus semper sunt eligendi in principes quorum conditiones et mores narzat helinandus vbi supra. Princeps inquit constitutus non multiplicabit sibi equos nec subditis erit onerosus. neque multiplicabit seruos. nec canes aut bestias sed quod satis est tenebit hystriones mimos/ lenones/ meretrices reprobos. inferiores non corrumpet. eorum

plura. quia (teste claudiano libro tercio mobile mutatur semper cum principe vulgus. vixitque non habebit plures. litteris intendet. et cum iudicabit. ad alteram partem non declinabit. deum precipue colet. munera non acceptabit. suosque officiales frequenter non mutabit. Unde tiberius (put refert iosephus) procuratores suos vix aut nunquam mutabat. In hoc enim se dicebat parere plebi. Nam procuratores scientes ad modicum tempus habere procuracionem/ quicquid possunt rapiunt.

Capitulum decimumquartum. quo modo principes subditos suos regere et defendere debent.

Princeps habeat milites bellicosos qui preliari debent non pro iniuria inferenda/ sed repellenda/ patriaque defendenda. Nec debent timere viri bellicosi quod deo non placeant. quia sanctus dauid bellis intendebat. et centurio pariter qui domino ait. domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. Nec augustinus ad bonifacium. Et idem augustinus libro de verbis domini. militare (inquit) non est delictum. sed propter predaem militare peccatum est. Nec rempublicam gerere criminofus est. sed ideo gerere rempublicam ut diuitias augeas/ videtur esse damnabile. Unde prelia non debent fieri cupiditate ac crudelitate sed pacis studio gerantur/ ut mali coherceantur et boni subleuentur. Unde gregorius vniuersis militibus neapolitanis scribens/ summa (inquit) militie laus inter alia bona haec est. obedienciam reipublice utilitatibus exhibere. Ceterum ysidorus etymologiarum libro nono. iustum (inquit) bellum est quod ex dicto geritur de rebus repetendis/ aut propulsandorum hominum causa

Unde augu. li. lxxij. questionum. de-
minus (inquit) deus noster nō ad iude-
rusalem vane iubet vt constituat sibi
retrosus insidias/ scz insidiantes bel-
latores ad insidiandum hostibus. Et
ibidem. iusta (inquit) bella gerebant
a filiis israhel cōtra amorreos: a qb⁹
amorreis transitus negabatur. qui iu-
re equissimo humane societatis pere-
debant. Aduertant autem bellato-
res. vt non preliantur iniuriam infe-
rendo sed ab iniuria se defendendo.
Unde ambro. li. pmo d' officijs/ non in-
ferenda s; repellenda iniuria lex vir-
tutis est. Et anastasius papa. qui (in-
quit) potest obuiare z pturbare per-
uezos z non facit: nichil aliud est q̄
favere impietati eoz. nec caret scrupu-
lo societatis eoz occulte/ qui manife-
sto facinorosi desinit obuiare. Eandem
sententiam tangit ambro. li. d' officijs
et hiero. sup sophoniam. Rursus bel-
landus vbi supra dicit pnceps sic de-
bere viuere vt a subditis diligat. nā
codrus attheniensis rex p victoria po-
puli sui seipsum morti tradidit. Naz
mutato habitu regio sarmenta colli-
gens castraq; hostium ingressus a mi-
lite quem falce in iurgio pculerat in-
terfectus est. Rex igitur aut pnceps
sic suos diligat vt etiam p ipsis mori
non timeat. Unde iulius cesar dicere
solutus erat: dux qui non laborat vt
militibus carus sit militē nescit ama-
re. Unde seneca. Si vis amari. ama.
Nam iulius pistorem vinculauit. eo
q; sibi meliorem panē q̄ ceteris mili-
tibus attulerat. Alexander q; videns
militē suū macedonē pre nimia sene-
tute frigeze obstupefactum: de sede
sublimi descendit: z suis manibus di-
ctum militem in sedem posuit. Nam
pnceps qui a suis militibus non dili-
gitur tanq̄ tyrannus dominatur. nec
securitate vbi est fruatur. Unde cum
dyonisius tyzann⁹ iuberet suū corpus

a multis militibus custodiri. plato ei
dixit. Quid (inquit) maluz fecisti vt a
tot militibus custodiri habeas. Unde
claudianus. non sic exubie/ non circū-
stantia tela. q̄ tutatur amor. quasi di-
ceret: q̄ qui amatur nō eget custodia.

Ca. xv. de legib⁹ diuinis z humanis.

Inuentoribus legum dicitur
supius capit. xij. Nunc igitur
supiendendum de eo. Sed ad-
uertendum q; leges diuine preferen-
de sunt humanis.

Unde gracianus. Constitutiones (in-
quit) principum ecclesiasticis institu-
tionibus nō pminent sed ecclesiasti-
cis legibus postponende sunt. Unde
belinandus in cronicis li. ij. humane
eges eatenus valent/ quatenus a di-
uinis non discrepant. alioquin falsuz
est quod in lege scriptum est. quod p̄n-
cipi placet scz deo legis habet vigorez
Ceterz sciendum/ q; sicut lex est com-
mune preceptum/ sic ex communi con-
sensu confici debet vt trahitur ex sum-
ma azonis. Unde papinianus
li. x. diffinitōnum. lex (inquit) est p̄cep-
tum p̄mune viroz prudentiū. que lex
fieri non debet ppter aliquem casum
p̄ticularem/ sed p coercionem maloz/ q̄
ut communiter contingere possunt rei
publice. vt ponit iulius celsus li. v.
Unde legis effectus est impare/ veta-
re punire/ inquit modestius li. i. regu-
laz. p̄ncipis igitur non solū armis
sed etiam legibus rempublicam de-
bet defensare. vt tangit iustina. li-
bro institutionum. Rursus ad-
uertendum q; ius canonicum z ciui-
le quodammodo sunt partes politice
Itaq; politica sciētia est cōmunis ad
omnia iura. Unde ius nomen genera-
le est. lex autem species eius. Unde
ius dicitur quia iustū est. seu dicitur
a iusticia vt ponit vulpianus libro p^o

institutionum. Lex autem dicitur a li-
gando quia ligat. aut ab eligendo: qz
eligitur. Sūt autem multe species iu-
ris. Quoddam em̄ dicitur ius publicū
quod p̄tinet sacerdotibus z magistra-
tibus. aliud priuatum quod ad vniū
cuiusq; vtilitatem p̄tinet. Quoddam
eciā est ius qd̄ vocat gentium: quod
concernit id quod debetur deo z parē-
tib⁹. vt ponit pompeius. aliud est ius
pretorium quod p̄tores introduxerunt
p salute reipublice. quod cōmemorat
papinianus li. pmo diffinitōnum. qd̄-
dam est ius humanū quod dicitur po-
sitium. quod positum est ab homine
aliud est ius ciuile quod p̄tinet ad po-
pulum vel ciuitatez. diuina humana
q; causa institutum. aliud est ius qui-
ritum id est romanum. quia quiritēs
z romani ipsuz inuenerunt. Ius autē
canonicum dicitur ecclesiastica insti-
tutio cuius plurimi fuerūt scriptores
p̄mus fuit isidorus. qui p̄mus scripsit
librum apostolicum decretoz. deinde
iuo eps carnotensis regulas canonuz
p capitula ordinauit. z ad numez de-
cem libroz redegit. multeq; abzeui-
aciones postmodum facte sunt. adozes
non occurrunt. Ceterz gracianus de-
cretum scripsit. Ceterz aduertendum
q; ius ciuile a duabus ciuitatib⁹ ema-
nauit scz ab atthenis z lacedemone.
Unde regnante ioas in iuda. ligurg⁹
lacedemonijs iura composuit. Qui li-
gurgus quinq; p̄cepit suis obseruauit
vt tangit iustin⁹ li. ij. p̄mo em̄ sta-
tuit. vt auri z argenti vsus non habe-
retur. terzasq; z patrimonia p equa-
lia diuisit. z conuiuari omnes publice
iussit. iuuenesq; voluit vna sola veste
p anno vti. virgines eciaz absq; dote
desponsari. multaq; alia decreuit nar-
ratione longa. Rursus apud roma-
nos postmodum creuit. Unde pom-
peius lib. singulari eue⁹ rōij tradit
romulum diuisisse romā in tres p̄tes

quas curias appellauit. quia ibi cāe
agebantur. leges q; fiebant in p̄edi-
ctis curijs que omnes conscripte fue-
runt tpe sxti papirij qui fuit tpe tar-
quini supbi. liber autem illaz leguz
vocatus est liber papirian⁹ non quia
papirius eas fecisset sed qz cōordinate
scripsit. Postmodum aut romani de-
cem viros constituerunt qui leges a ci-
uitatibus grecoz collegerunt quas su-
sciperunt scriptas in decem tabulis
eburneis. datumq; fuit illis posse/ vt
illas leges corrigere z ideo duas ta-
bulas p̄dictis tabulis adiunxerunt.
Vñ leges duodecim tabulaz ab om-
nibus vocabantur. quia duodecim ta-
bule in omnibus erant. Post hoc ap-
pius claudius leges reduxit ad libru
vnum. z flauius scriba libertinus po-
pulo tradidit. vnde senator fieri me-
runt. Deinde cornucanus p̄mus scien-
ciam iuris ciuilis publice p̄fessus est
Verū papirius publius leges regias
p̄us in vñ volumē contulerat. Et ap-
pius claudius duodecim tabulas ex le-
gibus scripsit. publius vero decem li-
bros reliquit iuris. Maculius totidē
brutus septem. z micus publii filius
iuris ciuilis sciam ad libros. xvij. re-
degit. q̄ digesti sunt ab aufidio. Mul-
ti alij scripserunt. quoz fama vetu-
stissima est de nouellis autem memo-
ria publica est.

Ca. xvij. de regimine dom⁹/ vxoris/ fi-
lioz/ suoz z generaliter d' economia.

Economia est ars vel scia in q̄
domesticaz rez sapienter or-
do disponitur. vt inqt isido. li-
bro etimologiarū. Richard⁹ aut li-
descriptōnū ait. q; economia est scien-
tia q̄ familiaris officij curam medio-
cri dispositōne componens distribuit.
Hac igit scientia indiget q̄cūq; pat er
familias vt suam domū sapienter re-

gat 7 dirigat qz dñs ex domo honesta
tur. vt tangit tullius li. i. d. officijs. Nā
decoz est valde pacem dom⁹ illustri-
um viroz habere. vt tangit idem. ij.
de officijs. Vnde ipse tullius contrā
salustium reprobando ipsum dicebat
nec quicquid turpius domui tue q̄ tu
Et valeri⁹ li. ij. quid pdest foras esse
strēnuū: si domi male viuatur. Et ibi
dem. quoz opa splendorum suum pro-
cul obtinuisse videtur eoz dignitatez
indignum est 7 deforme domi collabi
Vnde tybull⁹. quid pdesse potest pon-
d⁹ graue diuitis auri: auraz pingua
quid si fundant munera boues: quid
ve domus pdest firmis innixa colūnis
auratez trabes/ marmozozq; soluz.
quasi diceret ista nihil pdesse nisi do-
mus recte gubernetur. Ioco seneca d
quatuoz virtutibus dicit. q sapiens n̄
debet velle vocari dominus a domo.
quia domus a domino debet nūcipa-
ri. Circa igitur regimen domus ma-
xime attendendum est ad regimē vi-
ris. quia nichil ē crudeli⁹ infesta mu-
liere. vt ponit fulgentius libro suaz
mitologiaruz. Si tñ mulier bona fue-
rit domum optime disponit. Vt autez
bona sit maximum remedium est. si
vir bonus ipse fuerit. Vnde narzat
hiero. contra iouinianum li. i. de quo-
dam qui cum vxore pudicissime vixit
Vnde cum os sibi feteret/ ipso tñ igno-
rante. quidam ei imperauit. et tunc
vxori sue dixit. cur ei nō intimaue-
rat. que respondit. putabam (inquit) om-
nibus viris sic os olere. Itaq; summa
castitas in ambobus fuit. Vnde tibal-
lus li. pmo. Lasta pcor cōiunx maneat
sanctiq; pudoris: assideatq; custos se-
dula semp anus. Qui versus p̄tendūt
vt fidelis custodia assit mulieri. quia
mlier de se fragilis est/ facillitq; de-
cipitur. Vnde (narzante valerio mari-
mo) socrates cuidam querenti. an sibi
expedit nubere vel nō. respondit pe-

nitentiam se facturum q̄d cuncq; fecisset
Si (inquit) nō nupseris solitudo te af-
fliget. 7 si vxorem duxeris. sollicitudo
te concitabit. Ifortassis autem ideo cō-
iugia sunt onerosa: quia decenti non
contrahūtur amore: sed cupiditate in-
terueniente fiunt. Vnde narzat vale-
rius li. viij. de quobaz qui habens vni-
cam filiam p̄suluit themistodez/ vtz
bono viro pauperi / aut minus p̄bato
diuiti filiam collocaret. Ego vero (in-
quit) malo vix qui pecunia egeat: q̄
pecuniam que viro. Narzat etiam de
marcia filia cathonis minoris. q̄ cum
petereur ab ea cur p̄bato viro denuo
non nubere: respondit non se inueni-
re virum qui se vellet magis q̄ sua.
Non sunt igitur mulieres p̄pter pecu-
niā assumende. alias em̄ coniugia ma-
le fiunt. Nam 7 philozophi plures ti-
mentes in coniugio fraudari: nubere
distulerūt. Nam cyreto rogatus ab
hyrio vt post repudiū terentie sorozē
eius ducere. omnino facere sup̄sedit.
dicens nō posse se vxori 7 philozophie
pariter operam dare. Nam si pulcra
erit. difficile est custodire quod plures
amant. si autem turpis molestum est
possidere quod nemo habere dignes.
plures q̄ nubere contempserunt. Con-
iugia tñ ligata sunt. dūmodo licite con-
trahantur. qz (teste ouidio in libro de
remedijs) turpe vir 7 mulier iuncti
modo protinus hostes. quia scz qd̄ ma-
lo tytulo iunctū est. malo terminatur
fine. plurimazq; contingunt incomoda.
Vnde terencius vnoquoq; animo om-
nes socrus oderunt nuros. ecce odium
Et ouidius libro pmo methamozpho-
se. imminet exitio vir piugis illa ma-
rito. filius ante diez patrios inquit
in ānos. ecce labores. Sed etiam plu-
rima resurgunt comoda. vtzputa edu-
catio filioz. corporisq; p̄prij custodia.
Rursus aduertendū q̄ economia exi-
git filios debite nutrirī. Vnde q̄ntil-

libro pmo. vtinam (inquit) liberoz no-
stroz mores nosipsi non pderemus.
Nam mollis educatō. quā indulgēciā
vocamus. neruos omnes mentis 7 cor-
poris frangit. Itaq; pueri sunt corri-
gendi. non tamē nimis aspe. quia (te-
ste q̄ntilia. li. ij.) ingenia puezozuz ni-
mia emendatōnis seueritate deficiūt.
Nam 7 desperant 7 dolent. 7 nouissi-
me odiunt. 7 quod maxime nocet est.
quia duz omnia timent. nihil conātur.
moderate igitur sunt corrigendi. sed
multi non attendunt. quia tanq̄ viros
puerulos concutiunt. vt ponit valeri⁹
li. ij. Alij vero liberos suos n̄ instruūt.
cui⁹ oppositū augustus cesar fecisse le-
gitur. Nam filiam suam 7 nepotes
suos iussit lanificio insistere vt ponit
suetonius libro. ij. de. xij. cesaribus
Rurs⁹ paterfamilias suos debet di-
crete regere seruos non spernendo. s3
amicabiliter alloquendo. Vnde se ne-
ca ad lucilluz ep̄la quadzagesima sep-
tima. illos (inquit) rido qui turpe esti-
mant cum seruis suis cenare. hoc em̄
supbia facit. ut cenante domino stan-
tium seruoꝝ turba circumstet. Vnde
bidimus rex bagmanoz ad alexan-
dum magnum. in homines nostri si-
miles seruitutem non ponimus. alio-
quin sciuicia est. in obsequium cogere
eos. quos nobis fratres eadem natu-
ra p̄genuit. 7 quibus a deo patre cō-
munium bonoz spondetur hereditas.
Seruis ergo nō sunt imponenda gra-
uia onera. Vnde narzat valerius li-
bro quarto q̄ cū p̄p̄o aduersus seruoꝝ
suum propter delictum vehementer
exarsisset. ne vindictē moduz haberet.
castigationem sui serui speusippo ami-
co suo commisit. Vnde plautus. ve au-
tem. apud quos domini vigiliaz mul-
tam in noctem p̄tabunt. tñ senis ser-
uis de vita. q̄tum de nocte auferunt.

Capitulū decimumseptimū quomodo
paterfamilias debz sibi acq̄rere aicos

Aterfamilias amicos sibi vt
dicare debet. Nam (teste sene-
ca li. iij. de beneficijs) neminē
taz alte secula posuerunt vt n̄ illi ami-
cus eo magis desit. q̄ nichil absit seu
abest. Et idem seneca libro de reme-
dijs fortuitoꝝ. Quere (inquit) amicos
inter honesta officia. quere in labori-
bus. ad mensam res ista non laborif.
Nam modicus amicus est qui dum =
taxat est amicus mense. De tali ami-
co dicit sapiens vinum nouū amicus
nouus. Expedit q̄ sapienti iconomico
amicum vel amicos bonos conquesta
re. nec de facili p̄mittenda est incepta
amicitia. Quia (teste tul. libro de ami-
citia) veterima amicitia sicut vinum
vetus dicit esse suauissima. maxima
enim est vis vetustatis 7 consuetudi-
nis. Eligat ergo sapiens amicum quē
semper custodiat. 7 cui sicut sibi ipsi
credat. alias em̄ non est amicus. vt in-
quit seneca ep̄la. iij. ad lucillū. sed ta-
lem amicum difficile est possidere. ni-
si bon⁹ sit qui amat 7 qui amat. Quā
obrem amicitia de libertate contra-
benda est. sed contracta cū fuerit. ma-
nuteneri debet. Vnd̄ suetonius libro
secūdo de. xij. cesaribus narzat. q̄ au-
gustus cesar amicitias non facile ad-
misit. sed p̄stantissime retinuit. Ideo
plautus in aulularia in amicitia (in-
quit) 7 fidem stultum non receperis.
Nam insipientium atq; improboꝝ
facilius odium. q̄ collegiuz. Qui ergo
sapiens est bonos insequitur. 7 ami-
cum eligit prudentem. quem multi n̄
reperiunt. qz multos amicos habere
volunt. 7 ignotos notis p̄ferūt. Qui
bus contradicit theofrastus. Expedit
(inquit) amicos iam probatos amare
non amatos probare. Vnde catbo. ig-
notum tu tibi noli p̄ponere nota. 7

sequit. Cū tibi vel sociū vel fidū q̄ris
amicū. Non tibi fortuna hominis s̄
vita petenda est. Et cum amicū etiā
bonum sapiens inuenerit. cōmode di-
ligat. Unde catho. Dilige sic alic. vt
sis tibi carus amicus. Sic bon⁹ esto
bonis. ne te mala damna sequantur.
Letex. amico non sunt onera imponē-
da in congrua. ne forsan p̄datur. Vñ
macrobius in libro saturnalium. Ita
licitatē crederunt. Cuius opinionis
fuit aristippus. Ut in pluribus passi-
bus narrat augu. de ci. dei. De talib;
loq̄tur tul. li. ij. de tusculanis q̄stio vi-
des (inquit) nō nullos pecunie cupi-
dos et glorie multos libidinū seruos.
Et polycarpus li. vij. ca. p̄mo. munduz
dimensi sunt nature varias scrutati
sunt causas et quasi mola gigātea in-
tumuerunt. induxeruntq; bellum gra-
cie dei. sed defecti sunt dum alluciatē
tur. Unde ad romanos p̄mo. de il-
lis manifestauit. et tū euauerunt in
cogitationibus suis et obscuratum est
insipientes cor eoz; dicentes se sapiētes
stulti facti sūt. mirz em̄ si p̄bilosophi
post hanc vitam naturali dictamine
dicere teneantur aiām non p̄petuari.
Nārum insup si post hanc vitāz alia
non debeat sperari. qz legebam nup
aristo. li. de pomo dicentem / animam
virtuosam suo debere creatori p̄iungi
homineq; viuente affirmant aiām in-
carcerari. Item plato in thimeo dicit
q̄ aiā ad hoc p̄iūta est corpori ut sciē-
tias et virtutes feneretur. Si autem
venierit cum fenore magno a suo crea-
toz; benignē suscipietur. si autem non
relegabitur ad inferna. Ex his q̄ con-
cluditur q̄ naturales p̄bilosophi dice-

re tenentur aiām humanam creati et
de nihilo fieri et ex p̄sequenti ipsam
p̄petuari. Pro cuius ampliori decla-
ratione quatuor occurrunt rōnes. p̄mi-
ma rō est quia aiā intellectiua est in-
diuisibilis / q̄ est incorruptibilis. p̄ma
clara est qz indiuisibile non potest al-
terari vel attingi ab aliquo corporeali
et aīis patet p̄ aristo. ij. de anima di-
rentem q̄ intellectus est simplex im-
mixtus et p̄petuus. Item patet rōne
qz aiā intellectiua est locus specieruz
ut dicitur. ij. de aīa. si q̄ species locuz
nō occupant / ut deducitur. sequitur q̄
aiā est indiuisibilis in qua recipiuntur
quia quicquid recipitur in aliquo re-
cipitur ad modū recipientis. Sed q̄
species non recipiant occupatiue satis
patet. Quis n. est tam ebres ut dicat
species seu p̄ceptus humanos locū oc-
cupare. nam ut dicere oportet virum
multum sapientem non posse sapien-
tiorē fieri quia sui p̄ceptus totam ei
animam occuparent. Itaq; noui p̄cep-
tus non possēt sup̄addi. qd̄ dicere ridi-
culosū est. Ideo dicebat adoz sex p̄m
cipioz q̄ anima nullum locū occupat.

Secunda ratio est quia anima li-
bera est. eo q̄ habet libez arbitrium
ut patet p̄ boe. v. de conso. q̄ non subē
influentijs superioribus et p̄ oīs non ē
corruptibilis. Nam si eis subesset. tūc
etiam tamq̄ brutum scdm diuersita-
tez influentiaz necessitaretur cui⁹ op-
positum experitur. Ideo seneca in su-
is tragedijs. li. iij. narzat qualiter oīa
entia naturalia in certis legibus sta-
bilita sunt quas nō possunt relinque-
re. homo vero nullas habet leges q̄s
infringere non possit. Concludamus
q̄ cum aristo. i. de aīa q̄ anima seu in-
tellectus est quid diuinū et immorta-
le. Tercia ratio est quia aiā seu in-
tellectus reflectitur supra se. quia ex-
perimur q̄ aiā cognoscit se cognosce-
re p̄ actum reflexum. qd̄ non potest fa-

cere aliqua virtus seu potentia cog-
nita vel corpalis q̄ anima est res spi-
ritualis et consequenter incorruptibilis.
Ideo dicit aristo. ij. de aīa / q̄ intelle-
ctus est sepatus ab alijs potentijs sic
p̄petuus a corruptibili. Quarta ratio
est quia iusticia est virtutum p̄ceda-
rissima. ut dicitur. v. ethicoz. debz igitur
maxime conuenire p̄mo enti. cū
q̄ exprimur in vita p̄senti plures impi-
os sublimari / et iustos calumniari / et
opp̄rimi. ponenda est vita post hanc
vitā in qua iusticia vnicuiq; fiet. ali-
as em̄ dicere oportet vniuersum p̄ ius-
ticiam non regulari. atq; supremum
inducem iusticia non illustrari. quod
incredibile apparet. Ex his q̄ rōnibus
cludere possumus aiām esse p̄petuaz
aliāq; vitā post istam debere spera-
ri. Ex quo sequitur q̄ aiā de potentia
materie nō educitur. sed potius de ni-
chilo creatur ut p̄ius notabatur. Ideo
dicebat themistius p̄bilosophus q̄ in-
ter omnia mirāda in rebus naturali-
bus mirandum est de aīa. hoc em̄ nar-
rat p̄mentator auerrois p̄mo de aīa
i. rōnibus tamen non obstantibus
plures in speculis vanitatis munduz
ut gabuz elegerunt. qui similes sūt
tygri. de qua narzat plinius natura-
lis q̄ a venatoribus p̄ specula frequē-
ter decipitur. Unde venatores catulū
suuz sibi volentes auferre in via spe-
cula ponunt. cūq; venatores catulum
suuz deportant ipsa tygris venatores
insequitur. sed in via specula inueni-
ens / in eis suam similitudinem p̄spi-
ciens catulū suum putat se inuenisse
sicq; catulum suum p̄dit et deportari
p̄mittit. Similiter faciunt mūdi ama-
tozes quia leticiam vanaz cum habu-
erunt paradisu inuenisse credunt. et
ita catulum scz animam eis collatam
damnari p̄mittunt. vñ venatores scz
demonēs humanam fragilitatem cog-
noscentes eoz; oculis specula mun-

danē et humane vanitatis p̄ponunt
ut in eis delectari atq; quietari stude-
ant. celsamq; felicitatem acquirere p̄-
tendant.

Ca. vij. de caritate et bona amicitia.

Micitia omnis boni exordiu
est. si bona fuerit. tūc bona ve-
ro est. si inter bonos extiterit.

alias em̄ amicitia nūcupari non vide-
tur. qm̄ amicitia p̄ciosissimum gen⁹
est diuitiarum. Inimicoz autem fed⁹
non p̄ciosum. sed vile est. ergo amici
fieri studeam⁹. amicitiaz in cristo sit.
Tunc enim p̄sperabimur in spū / mu-
tuis monitionibus / et orationibus / et
in corpe mutuis subsidijs atq; adiuto-
rijs. tunc eadem erit voluntas. de m-
desiderium. quid n. melius aut opta-
bilis his. Quobzem seneca epla. iij. di-
cit. q̄ vbi ē idem velle et ide nolle / vbi
dulcissimum et honestissimum mane-
re est. q̄niam concursus sensuū et vni-
tas voluntatum tanq̄ rivuli amicitie
scaturisunt. Unde ambro. iij. de offic.
custos (inquit) pietatis est amicitia. q̄
facit ut sup̄ior inferiori se exhibeat. et
lem. et inferior superiori. inter n. dispa-
res nō potest esse amicitia. Plurimū
tū amicitia fallax est et in momento
fuit. Et ideo ecclesiastici. xij. dicitur / q̄
non cognoscitur amicus in bonis / nec
inimicus in malis. sed lex amicitie b̄
est ut non plus vel minus velit diligi
q̄ diligit. ut inquit tullius li. p̄mo.
Nempe beatus augustinus li. iij. cō-
fessionū vep̄ amicum se habuisse nar-
tat. vnde ipse mortuo plangebatur eum
dicens. q̄ p̄diderat dimidiū vite. Et
ibidem concludit q̄ non est vera ami-
cicia nisi fuerit conglutinata caritate.
Huius n. amicitie christus exempluz
dedit luce. xij. dicens. nō dico vos ser-
uos sed amicos. Seneca epla. cii. quē-
dam plangentem filium rebarguit.
dicens. quid (inquit) faceres si amicu

peres. ex quo pualuz incerte spei sic
plangis. quasi diceret qd filio pferet
dus est amicus/si verus fuerit. Sicut
tamē dicit tullius li. pmo de officijs.
In amicitia nulla pestis maior est. qd
adulatio. z vitiosa simulatio. que vez
iudiciū tollit. amicitia adulterat. vñ
augu. x. confes. dicit qd amici. adulan-
tes amicitia puerunt. z inimia liti-
gantes plurimū corrigunt. Nec tamē
amici sunt. qz bona diuidunt. qñiam
sicut dicitur nono etimologia rum. z
commentator ibidē. amicus est anima
vna z omnia cōmunia. Nec est amicus
nisi amico cor suum pbebat. vt ponit
tullius vbi supra. Et augustinus. ij. cofes-
sionū. dicit qd amicitia dulcis ē ppter
bonitatem animoz. z qui amicus est
amicus omnia cōmunicet. Prima tñ
lex amicitie est. ut ab amicis honesta
petamus inquit tullius vbi supra. vñ
valerius libro iij. ca. vi. de pluribus
narzat quoz vnus p alio hostibz ob-
tulit. item narzat de duobus qui dice-
bantur damon. z pitbas qualiter cuz
dyonisius tyrannus voluit vnum oc-
cidere. aliū exposuit se morti. quod cū
vidisset tyrannus admiratus suppli-
ciū remisit. Nam z augustinus. iij. cō-
fes. de amico loquens dicebat / nescio
in qd an vellem p illo mori. Similiter
em legitur de bozeste z pilade. qd ma-
gis eligebāt simul mori qd non simul
viuere. Et em si attendamus. homoz
natura amicari debet. qñia dicit se.
li. iij. de benefi. hominem non faciunt
vngues. neqz dentes terribiles. sed nu-
dus natus est. vt nulli videatur inimi-
cus. et ibidem concludit. qd societas de-
bit homini dñum aialiu z impiuz gē-
tū. Idus itaqz sermonibz patet qd vñ
sit societas atqz amicitia quā plurimi
veteres habuerunt. Vnde fertur de
duobus mercatoribus qui ita se dile-
xerunt vt vnus eoz qui egiptus erat
vpozem propziam pulcherrimam alte

ri amico relinqueret. eo qd ipse amo-
re languebat. quam tam vpozem ipse
egiptus nūqz cognouerat. in pfluve
ro tempore contigit egiptū ppter bo-
micidium morti condemnari quod sci-
ens amicus qui bñficiū susceperat. ve-
nit dicens se homicidium fecisse z lo-
co illi se mortuz obtulit. malebat. n-
p amico mori. qd amicum mori irremu-
neratū. ideo sapiens dicebat. si inuene-
ris amicus fidelē. sit tibi sicut aia tua.
Sed rephandi sunt hi qd amicos que-
runt ut ab eis illicita obtineant. Vez
tñ (teste tul) lex amicitie est vt non ro-
gemz turpia. nec faciamus rogati. sūt
etiam redarguendi qui omnes putāt
amicos. Ideo sapiens. multi (inquit)
sunt tibi pacifici. ut vnus sit consilia-
rius ex mille scz amicus tuus. de quo
attendas qd bonus sit. nam maximuz
genus infortunij scias tibi contigisse.
si de pueris amicu facias. aut si ami-
cum te habere ptes. cum non habeas.
Sed numquid expimur malos frequen-
tius ceteris amicari. feruentiozqz fe-
dere sibi inuicem adberent. qd plurimi.
qñum fama virtuosa pmulgatur. ve-
rum tñ. teste tul. iij. de offi. in malis fi-
dus est. in bonis vero amicitia. Vnde
aristo. viij. ethicozum describens tres
species amicitie ostendit ipsas consi-
stere in triplin genere boni. Omnis qd
amicitia in bonis est. vnde augustinus
lij. ptes. statim post pncipiū dicit / qd n-
est amicitia nisi inter habentes carita-
tatem. Qui em ex caritate se amant. vñ
numero eoz sunt. de quibus hier. ix.
dicitur. omnis amicus fraudulenter
incedit. tales non caritate sed vilita-
te sepius federantur. Juxta illud oul-
dij de ponto. vulgus amicitias vilita-
te pbat. Quamobrem talis amicitia
minime durat aut saltem necessitatē
tempore vt cōmuniter non pferat.
vez naturalis amicitia bene pcurat.
nam declarat aristo. xij. ethi. fratres

se mutuo diligere debere. quia eandē
naturam cōmunicant. z signanter illi
qui in cristo fratres sunt atqz legē cri-
stianaz professi sunt. illi potissime di-
ligere debent. qñiam frater. qui iuuat
a fratre. quasi firma ciuitas. vt inquit
scriptura. Narzat enim valerius libro
v. ca. v. qd cum quidā miles in castris
pompei alium quendā militem inter-
fecit. ipsumqz iacentē spolaret. statim
vt suum fratrem germanum esse cog-
nouit. deos de tanta impietate. vito-
rie criminari cepit. vnde preciosa ve-
ste fratrem suum operuit mortuum.
z protinus eodē gladio suo. quo illum
interfecerat. pectus suam penetravit
z sup corpus factus sui se prostrando
flāmis seipsum cremauduz exhibuit.
Idem etiam narzat augu. li. ij. de ci-
dei ca. xvi. insup valerius vbi supra.
narzat de fabio. qui triumphum victo-
rie sibi oblatum respuit. quia frater
suus in illo pzelio ceciderat. Si ergo
cristiani ex lege z natura fratres sunt.
pro seipsis merito certare debent. nul-
laqz discensio inter fratres debet oriri.
Nam libro vij. ecclesiastice hystorie. c.
xxix. narzatur de duobus qd ipsi stag-
num vnum cōmune habebant. sed cō-
cordes esse non poterant. vnde bella
mortalia qd plurima cōmiserunt. Ad
quos diuina prouidente gracia grego-
rius cesariensis puenit z videns fra-
trem furiam p modica stagni diuisio-
ne sic dicebat. Nolite o filij rōnales
aias vestras p mutis animantibz scz
p piscibus violare. ne queso fraternā
pacem cupiditas dissoluat. Et subdit
ibidem / qd p ozone fusa. aque illius
stagni euauerunt. z vbi erat stagnū
vsqz in hodiernum diem campus ha-
betur. sic etiaz ipse postulabat ne fra-
terna pax dilueretur. insup narzat
pompeius libro. ij. qd xerxes se debere
regem esse affirmabat. sed cuz frater
suus obfisteret. ipsi. pariter causam ar-

ferno paterno suo cōmiserunt. qui cog-
nata causa xerxen pposuit. cuius fra-
ter contentus extitit. itaqz omne litigi-
um sopitum fuit. muneratqz sibi inui-
tem dederunt. Vento igitur increpā-
di sunt cristiani. qui p similibus tota
die pugnant. nec fratrem liberare sz
potiū inuadere petunt.

Capitulum octauum de vera amicitia et
de eius vtilitate atqz fidelitate.

Este tullio de amicitia. Ami-
citia omnibz rebus humanis
pponenda est. nichilqz est na-
ture tam aptum tanqz conueniens ad
res psperas vl aduersas. qnta sit vis
amicitie. Et subdit. Est autem amicitia
nichil aliud nisi omnium diuina-
rum humanazqz rez cum beniuolen-
tia z caritate consensio. idem tullius
in rhetorica secunda. Amicitia est vo-
luntas erga aliquem bonaz rez illi
ipius causa que diligit cum pari vo-
luntate. Ex quo apte apparet qd ami-
citia paritatem semp pretendit. Vñ
secundus philosophus. quid est amicitia.
equalitas animoz. Quid amicus
desiderabile nomen. homo vix appa-
rens. infelicitatis refugium. indefinens
felicitas. Nemp amicus raro inueni-
tur. in penuria piciatur z indefinen-
ter amicitur. alias em amicus non est.
Aliqui autem amicos se dicunt cū bo-
na dederint quedā. sed amicus nō es-
nisi teipsum amicus dederis. Vñ sene-
li. vi. de bñfi. nescis qntum sit amicitie
preciū. si non intelligis te ei non
datuz quem diligis. Item seculis ra-
ram. qd nō alicubi magis deest. qd vbi
credetur habundare qz sepiū creditur
amicitia magna vbi nulla est. vez tñ
amicitie munus oim virtutum mune-
ra confert. z que duo sunt ab vnuz re-
degit. mirabilisqz paritate dispes vñit
Vnde calidi in phemio sup thimeo

platonis. Tanta (ut opinor) est vis amicitie: quod parificat res ex se diversas cum alter ex amicis altervo = to complaciti operis administrat effectum. nam amicitia multos dispersas res coadunat. nec tñ vera est amicitia eorum qui quosdam stulte diligunt: atque volendo amicitie donū exhibere seipso damnificant: et percutiunt. Quos redarguēs catho sic ait. dilige sicut alios tibi caris amicus. Sic bonus esto bonis ne te mala damna sequantur. Talis igitur absit amicitia: sed vera et discreta non pretermittat. quare (teste eodem cathone) vtilius regno est meritis acquirere amicos. Et beaton stoicus: quicquid profici hoc est quod amicus esse cepi. nihil igitur amicitia vtilius. nihil in rebus humanis desiderabilius. Unde quintilianus causa. viij. non recipio in rebus humanis aliquid prestantius amicitia. Et subdit. quod enim foret humano generi felicius: quod si omnes possent esse amici. Omnia enim mala discederent. Unde in puerbis sapientia dicit. quod dulcius est habere amicum cum quo omnia audeas. que sic credas ut te: cui sic loquaris ut tecum. multi tales amicos habere voluerunt et ipsi tales esse non possunt. Unde tullius li. de amicitia pallegato consimilem ponit iniam Rufus pax amicitia prodest: nisi amicum prestans et fidelis adhesio fuerit. Unde seneca in thieste quos verus amicos tenuit tenebit. Unde augustus cesar amicitiam non facile admittit: sed prestantissime retinuit. ut refert suetonius li. ij. nam amicus non est qui cito deserit amicum. nec amicus: qui de amico cito male iudicat. Tullius li. de amicitia boni viri et sapientis est hec duo tenere in amicitia. primum est ne quid fictum aut similitudine sit: nam apte odisse magis laudabile est quam occultare sententiam. deinde suspitionis non debet esse nec existimare aliquid ab amico esse

violatum. Nempe cum suspicatur iam amicum habere non arbitratur. Ideo quod sunt verbales amici qui tempore necessitatis recedunt qui nullum diligunt nisi quantum beneficia suscipiunt. Cum valerius libro quarto dicat sincere si dei amici precipue in aduersis rebus cognoscunt. In quibus quicquid prestat a constanti beniuolentia proficitur. Nam gratum beneficium est: quod mercedis suspitione caret. Absit tamen ut aliquis credat amicorum occasione se peccare posse. aut obsequendo ea debere agere que prohibentur. Nam (teste tullio. li. de amicitia) nulla est excusatio peccati: si amici causa peccaueris. non debet ergo in malis amicum obedire amico. Unde valerius li. vi. ca. iij. narrat. quod cum rutilius amico indigna petenti non obediret. tunc amicus dixit: quid michi est opus amicitia tua: si quid rogo non facis. Cui rutilius. imo quod michi tua: si propter te aliquid inhoneste facturus sum. Ideo catho dicit quod iustum est petito: vel quod videatur honestum nam stultum est petere quod potest iure negare. non ergo exigit amicitia crimina pro se mutuo committi. nichilominus teste claudiano in maiori: multis delicta fuere nexu amicitie: quare sed multi amicorum occasione peccauerunt. hoc tamen absit. quia teste tullio de officiis. amicus non tribuere quod recte possis: et tribuere quod non sit equum pro amicitie officium est. itaque saluo profectus iure: amicus amico succurrere debet ea postponendo que possessio continet terrena. Unde sidonius li. ij. non magis cordi esse debet aut voluptati agere cum redditibus amplis quam amicus aut vicinus sibi ipsi equalis. Omnis enim amicitia paritate pretendit. Si ergo par est amicus tibi: quod propones amico tuas opes: si te sibi parem plus opibus diligas. Idem enim si feceris: nec paritas nec amicitia est. cum galterus in alex.

li. vij. dicat quod inter equales et inter pares est nobis amoris. Diligamus ergo animo equo. amicumque moribus sanum eligamus. ne vitio eminenti turpitudine/amicitiam iure deserere oporteat. Nam quod honestum est: amare natura postulat. quod autem obliquum: diu diligere rationi molestum est. Unde tullius li. ij. de officiis. quia (inquit) id ipsum quod honestum deorum dicimus pro se nobis placet: idcirco illos in quibus hoc esse arbitramur naturaliter diligere cogimur. Et li. de amicitia. nichil est tam aptum nature: tanquam pueniens sicut amicitia. Sed hanc suo debere in solis bonis esse. Sed proter vereantur qui vere amicitie sedus seruare recusant. Nam minime attendunt quod diligant: dummodo eius quem diligunt sub titulo proficiant. nec attendunt si bonus sed si diues et in obsequiis prodigus. ea autem que possident: ipsorum ita sunt ut communicare non audeant: nisi communicando sua bona ampliamur videant. amicos tamen omnia debent fore communia. Terentius in adelphis: verus verbum hoc est: communia esse amicos inter se omnia. Et salustius in catilina idem velle et idem nolle ea demum vera amicitia est. Itaque etiam si quis a culpa vacuus in amicitiam prauorum incideret quod claudiano visu atque illecebris facilliter similis ceteris efficitur. Laueat ergo qui amat ut quem diligit bonus sit. in malo enim amicitia non est. Unde idem salustius in iugurtino: omnes eadeque cupere: eademque odisse iter bonos amicitia: et inter malos fictio est et non amicitia. Quod non amicitia esset: ex quo peccatum eos copulat. Nempe unum vitium aliud trahit. Et si auarus fuerit amicus: forte superbus erit. si autem superbus: ita superueniet. ecce quis amicitia. nulla enim est ex quo peccato maculatur. Quis enim diuisit agelos amicos: superbia: quod fratres primos: auaritia. Sic et plures.

qui putantur amici similibus ex causa dissoluuntur. Nam inter amicos debet fore caritas sine temeritate: communis sine cupiditate. Unde seneca epistola vij. consortium reipsum omnium inter nos facit amicitia. Et subdit omnia cum amico communia amicus habebit. Nam pithagororum opinio fuit amicorum omnia esse communia: et amicum esse alterum seipsum ut refert hiero. contra rufinum. Unde ovidius. iij. de tristibus. hi duo corporibus mentibus unus erant. Et loquitur de amicis. Et arator libro. ij. repellit in diuersa trahens: cum spiritus efficit que vanitas ex discordia venit. Concordia vero in bonis est. Unde postquam li. epigram. moribus iniusti pulchra est discordia pacis. O igitur. posco inquiramus quod pacto queat vera amicitia vendicari. Audiamus ovidium li. ij. de arte ita dicentem. ut amaris amabilis esto. dulcibus est verbis allucendus amor. Unde matheus li. de thobia. est: brauius dignus amoris amor. Et beaton stoicus: si vis amari amare. Ex quibus apparet quod nullo laqueo amor tanto capitur sicut amore qui dulcedine obsequiorum preseruat. Unde catho. Vincere cum possis: interdum cede sodali. obsequio quoniam dulces refrenantur amici. Ira odium generat discordia nutrit amorem. sunt quidam qui ferre decet patienter amicum. itaque mutuis patientibus amicitia conuictus seruatur verbisque beniuolis exortationibus et iustis increpationibus inter sapientes amor solidatur. Vnde tullius li. i. de officio. vultus: consilia: sermones exhortationes interdum: et obiurgationes maxime in amicitia vigent. illaque est societas. dissimulatio amicitia quam similitudo conuincit. nec mireris si libeat redarguere te amicum. quia redargutus amorem plata sapienti placet. Ceterum suscipitur cur inter homines amicitie non parent. Aut enim homines sunt qua

les non fuerunt. aut veteres sicut nec
presentes se mutuo dilexerunt quod ab
sit. Quod igitur dicendum libeat non
non occurrit nisi quod imparitas volun-
tatum et distinctio desideriorum amicitie
destruit. Nam (teste oratio in suis
epistolis) oderunt hylarem tristes/ tri-
stemque iocosi. Sedatumque celares/ agi-
lem gnanusque remissi. Potiores bibuli
medici de nocte valerni. Oderunt por-
recta negantem pocula. Itaque gulosi ab-
censos non amant. nec lubrici castos. Quod
rem appetituum varietate confunditur
amor. impius ergo non est fedus amoris
exhibendum. eo quod prauum amoris im-
pedimentum habent. Vnde plautus in au-
lularia. uentus bachorum et ioca frivo-
la. non quero ut amorem pariant. ut
nam nichil odiosum darent. Talibus
igitur ineptis desiderijs vere delecta-
tioni dicitur sepe. Rursus animad-
uerit frequenter quosdam fore amicos
non hominum sed munerum. Hi sunt sodales
non amicitie. sed fortune. de quorum
amicitia loquitur seneca epistola nona. Qui
utilitatis causa assumptus est. tam-
diu placebit quod diu utilis fuerit. nam
circa diuites amicorum turba circumfer-
ret. sed circa euerfos solitudo est. quod
tales fugiunt amici ubi prebentur. vnde
varro in sententia. si vis amicorum ex-
periri. calamitosus fias. Et quintilianus
causa. xv. nescis (inquit) an diligat. cui-
us experimenta non habet nisi felicitas
plures enim in felicitate diligunt. sed
adueniente infortunio disparent. quod de
est fortuna gratia cuius amabant. Bo-
etius. iij. de pseudo. quocumque felicitas a-
micum fecit infelicitas faciet esse ini-
micum. nulla pestis efficacior ad no-
cendum quam familiaris inimicus. Nam
causa deficiente amoris nimis si de-
ficiat zelus antiquus. nam tamen exilio
datus tunc primo cognouit quos fidos
habuit amicos. in prosperitate enim non
cognouerat. ut narrat tullius. li. de amicitia.

na. De talibus autem Ovidius libro de po-
to. vulgus amicitias utilitate probat.
Reuera tamen (putat dicit ipse Ovidius) tur-
pe sequi casus et fortune crederet amicum
Et nisi sit felix esse negare suum. Vnde
ipse Ovidius in exilio positus libro de
tribus suis amicus dicebat. Vir duo
tres ve mihi de tot superstitis amici. ce-
tera fortune non mea turba fuit. illud
amicitie sanctum et venerabile nomen
Re tibi pro vili sub pedibus iacet. do-
nec eris felix. multos numerabis ami-
cos. Ipa si fuerint nubila. solus eris.
Et Petronius. Tu fortuna manet vul-
tum seruatis amici. Cum cecidit tur-
pi verticis ora fuga. O qualis amicitia.
Reuera ficta est. nulliusque precij.
nullaque sollicitudine querenda est. Nam
(teste Catone) vna dies qualis fue-
rit monstrabit amicus. Procholos
tamen ut dicit Matheus in libro de thobia
fluctuat ad sensum venalis amicus
egenum. nec verus refouet. nec fabri-
catus amor. Martialis cocus. hic quem
mensa tibi. quem cena parauit amicorum
Appetamat et pullos et sume et ostrea.
non te. Tam bene si tener est non amicus
erit. Tales enim amici sunt empticij ser-
monibusque tamen modo coniungunt. mente
vero vel factis minime adherent. vnde
tullius. li. ij. Ne vos decipiant pedetia
brachia collo. ne capiat blanda sorbi-
da lingua prece. quia scilicet a talibus ca-
uentus est. Vnde sedulius in carmine pa-
scali. v. trahitor immittis. serus pro-
ditor impie latro. Quid sanum simu-
las et amicum fraude salutas. deu qui
les. qui fidi amici. nam presentibus fa-
uent. et post tergum insidiant. Oratio
li. sermo. absentem qui rodit amicorum. qui
non defendit alio culpante sodales.
fingere qui non visa potest. omnia ta-
cere qui nequit. hic niger est. huc tu ro-
mane cauet. Nam cauendi sunt qui
nec secretum tenere sciunt. nec assiste-
re laudibus nisi presentibus eis. Consi-

mlium itaque discebat amicitia. quam
finis interitus est. Vnde tullius. li. de ami-
cipiendum est bonis. ut si in prauiorum
amicitias ignorantem ceciderint. ne ex-
istiment ita se alligatos. ut ab amicis
in tempore peccantibus non discedant.
quod nulla tenenda est amicitia. quae recto non
coniungitur fini. Omnium autem finis deus
est. gratia cuius cetera debent amari.

Ca. nonum de correctione caritativa.

On est amicus. qui peccantem
amicum non corrigit. Amicitia
enim in christo esse debet. sed
non est in christo. si peccata libenter pro-
mittit. Vnde catho. Quis mones aliquem
nec se velit ipse moneri. Si tibi sit ca-
rus. noli desistere ceptis. Quod nosti
factum non recte. noli tacere. ne vide-
are malos mutari velle tacendo. vul-
nera dum sanas. dolor est medicina do-
loris. quod (teste oratio in epistola) et negle-
cta solent incidia sumere vires. quia
scilicet peccata non correpta de facili cre-
sunt. ideo tullius. li. de amicitia. monen-
di (inquit) sunt sepe amici et obiurgan-
di. sic tamen ut monicio acerbitate et ob-
iurgatio pertumelia careat. et tunc beni-
uoli fiunt. Vnde mos est hodie pluri-
um corrigi nolle. ipsis enim. veritas est o-
dium. Iuxta illud Terentii in andria. ob-
sequium amicos. veritas obiurgatio parit.
maxima autem in ea est culpa. qui frau-
dem querit. et qui scilicet veritatem spernit.
Salustius in iugurthino. odium que-
rere extreme demeritum est. Illi vero
odium querunt. qui veritate audita cor-
rectionis caritativae sub pretextu impa-
cienter audiunt. nec reputant amorem
nisi eorum faueat etiam illicitae volupta-
ti. Verum tamen qui fidelis amicus
est. a correctione caritativa non desi-
stat. Iuxta illud Senecae. ij. de dementia.
malo (inquit) verbis offendere ve-
ris. quam adulando placere. vnde cor-
re-

ctio caritativa frequenter ab amicis
premittitur. atque cura de alijs minime
habent. Dicunt enim in cordibus
suis. quod michi. quod alij agant. Iuxta il-
lud Terentii. ut quid aliena curas. que
ad te non pertinent. alij vero corrigere
premittunt. quod ipsorum amica suscipere
correctionem recusant. sed minime re-
cusare debent. omni enim tempore correctio be-
nivolenta bona est. Tunc enim benivolenta di-
citur. quae aspiciat aliquis dulcedo mi-
sectur. Unde in puer. sapienter dicit
obiurgationi se aliquid admisceas blan-
di. zelumque dei commemoras. et in
te peccantibus miseraris. Sed pluri-
morum autem clausae sunt. et veritates
ab amicis audire nequeunt. Vanam
attenderent illud Senecae epistola. xv. ad
Lucillum. mutua (inquit) emendanda
sunt vitia. nec amo illum. si proficere non
curo. malo enim michi successus et cetera.
Quod fidem deesse. Ideo tullius in orati-
one pro celsio. admonet. non te ut a rebus
turpitudinis caueas. et ne in alterum di-
cas. que cum dixeris. dixisse erubescas.
Sed quis audebit amicum aut alium
redarguere. nam mundi tanta super-
bia est. ut nullus redargui velit. non
solum suatum aut personaliter. quin-
imo ea que publice dicuntur in ob-
probrium delictorum. plures male accipiunt.
et pro seipsis dici paralogisant. Contra
quos plantus in aulularia. nemo (in-
quit) sibi met arbitretur dici. quod nos di-
cimus populo. neque sibi met causam con-
stituet communem ex ioco. Aduertant
autem alios. qui corrigere petunt. ne
corrigendo ea tangant. quae nouerunt cor-
rigi non posse. obstinatis autem predica-
re non potest. Fortassis enim eorum pecca-
ta crescunt eo pacto. quo commemorant
et peccandi voluntas ex reprehensione
ne frequenter illis accrescat. Iuxta il-
lud Ovidii. li. de ponto. Vulneris id ge-
nus est. quod cum sanabile non sit. non
contractari tutius esse puto. Curan do

fieri quedam maiora videmus vul-
nera q̄ melius non tetigisse fuit. Unde
idem li. ij. de tristibus eripit interdū
modo dat medicina doloze. Itaq̄ cor-
rectio non omni tempore pdest. sed p
sona ⁊ mensura consideranda est. vbi
tū quis amicum sentit corrigere nō de-
sistat etiam si moleste capiat qd̄ ei di-
citur. Durus enim animus assiduis
correctionibus ad lacrimā q̄ nō in-
ducitur. Ipsius q̄ furia correctionis a-
cerbitate moderanda est. Juxta illud
ovidij. i. de reme. Dum furor in cursu
est/currenti cede furor. difficiles ad-
tus impetus omnis habet. Et subdit.
impatiens animus/nec adhuc tracta-
bilis arte/respuit/atq; odio verba mo-
netis habet. Et ideo sequitur. Aggre-
diar melius tunc cum sua vulnera tā-
quam sinet ⁊ veris verbis apt̄ erit.
Cum deberit lacrimas/animūq; im-
pleuerit egauz/ille doloꝝ verbis ⁊ mo-
derandus erit. Tibi medicina va-
let/data tempore p̄sunt. Et data non
apto tpe vina nocent. Itaq; alium cor-
rigere volens (p̄sertim amicum) t̄p̄is
opportunitatem querat ⁊ mediocrem
acerbitatem obseruet. ne supbie sig-
naculum/aut rancoris maneriem con-
tinere videatur/sed potius caritatiua
⁊ amicabile perpendatur.

Capitulum decimum de pietate.

Pietatem humanaz suadet na-
tura. omnes. n. boies vni⁹ na-
ture sumus. Quobz̄ penes om-
nes pietatis opa sunt exhibenda. Se-
neca in theieste. nulla vis maior pie-
tate vera est. q̄scunq; n. verus amor
tenuit/hos pietas tenebit. quasi dicat
q̄ bi alios non amant. nisi pietatis of-
ficio eos confoueat. Attendamus. n.
q̄niam qui pius est/ alijs pietatem p̄
seipso impetrat. Valerius li. v. ca. iij.
⁊ v. humanitatis dulcedo ⁊ infrens-

ta barbaroz ingenia penetrat ⁊ ho-
stium oculos mollit ⁊ inter districtos
muctones placidum iter reperit. nulla
(inquit) acerbitate fortune/ nullis for-
tib⁹ p̄ciuz care pietatis euilescit. Vñ
ibidē narzat d̄ muliere quadam inge-
nui sanguinis q̄ apud tribunal capi-
tali crimine dānata triumuiro in car-
cere necāda tradita fuit. sed carceris
custos misericordia motus non eam p̄-
tinus strangulauit. p̄fateq; mulieris
filia ipsam adire p̄misiit/ sic tñ vt nul-
lus abus ei exhiberetur. Existimans
futurū vt inedia p̄sumeretur. Transa-
ctis q̄ pluribus diebus mirabatur car-
ceris custos cur mulier non moreret
sed curiosius obseruata filia animad-
uertit q̄ filia suo vberē exerto famem
matris lactis sui subsidio leniebat. q̄
pietas iudicius innotuit. ⁊ p̄fate
mulieri veniam impetrauit. Similis
q̄ bystozna de quadam alia filia ibidē
narzatur que patrem suū cymona con-
simili fortuna affectuz/ pariq; custodia
traditū atq; seuisimū p̄ter gubernā-
uit. veniamq; ei sua pietas conformi-
ter impetrauit. Nil q̄ magis p̄picium
vt delictoz obtineatur venia/ q̄ pieta-
tis exercere opa. put caritas petit.
Rursus idem valerius ibidem refert.
q̄ cum rex darius p̄tra scythas impe-
tum faceret/interrogauit eos p̄ lega-
tos quem finem fugiendi aut qd̄ ini-
tiū pugnandi facturi essent. rñderunt
nec vrbes villas nec agros cultos hēc.
p̄ quibus dimicaret/ sed cum ad pa-
rentū suoz monumēta venissent scitu-
rum quēadmodū scythe p̄liari sole-
rent. Quo dicto immanis ⁊ barbara
gens ab omni feritatis discrimine se
redemit. Prima q̄ ⁊ optima rez na-
tura pietatis magistra est. que nullo
vocis ministerio/ nullo vsu l̄farum in-
digens/ p̄p̄ijs viribus caritatem pa-
rentum liberoꝝ p̄dioribus infundit.
Si em̄ q̄s etiam loqui nesciat. nichilo

minus a natura amare pietatem do-
cetur. Vñ valerius vbi supra. Quis. n.
palustris vagos ⁊ siluarum latebris
corpa sua tegentes/ in modumq; fera-
rum laniatu pecuduz viuentes sic da-
rio respondere docuit. quasi diceret/
q̄ natura que docet pietatem inueni-
re/ ⁊ si non verbis operibus tamen.
Que quidem natura filium cresi loqn-
di vsu defectum ad protegendum pa-
tris incolumitatem ministerio vocis
instruit. Nemp̄e inter omnes pietas
esse debet ⁊ signanter/ si p̄ sanguine
tas aut parentela habeatur. Unde sta-
cius thebaidos li. x. plis amor crudeli-
a vincit p̄diora. et tullius rethorica p̄-
ma. pietas est. p̄ quam sanguine con-
iunctis/ patrieq; tenuolis officuz/ et
diligens cultus tribuitur. Unde petro-
nius. O maxima rez pietas/ hominū
tutissima virtus. que pietas in hoste
p̄batur. vt inquit ovidius. ij. de tristi-
bus. Idis q̄ attentis/ erubescant fide-
les. in q̄bus modica/ vel nulla pietas
ē. fortassis. n. gentiliū p̄libatā pietatē
n̄ imitat. qz nō solū pietatē negat/ his
q̄bus inimicant/ sed etiā q̄bus se ami-
cari iustant/ qd̄ fecisse veteres tyran-
ni leguntur. Valerius em̄ vbi supra
ca. p̄mo narzat. q̄ cum quidam adole-
scens accens⁹ esset amore filie p̄sistra-
ti/ arbeniensem tyranni/ in publico ob-
uiam sibi factam osculatus fuit. p̄fati
q̄ tyrāni suadebat vxoz vt capitali su-
pliciū puniretur. Qui tyrannus/ si eos
(inquit) qui nos amant interficimus
quid his faciemus/ quibus odio sum⁹
Hec em̄ vox ex ore tyranni de huma-
nitate manauit. in hunc itaq; modum
filie tulit iniuriam. ac multo laudabi-
lius suam. Rursus de eodem tyran-
no refert valerius vbi supra / q̄ cum
trafippus eius amicus inter cenam si-
ne fine conuicio euz lacerasset ⁊ insu-
per conatate temulentie impetu eue-
sus/ os eius sp̄uto respersisset/ nec tñ

in vindictam sui valuit eū accidere.
Quinimmo suos filios violate patris
maiestati subuenire cupientes/ retra-
xit. posteroq; die trafippo se humiliā-
te in pristinum sebus amoris eum si-
bi reconciliauit. Eterum idem vale-
rius de pirzbo rege refert/ qd̄ cum au-
diuisset quosdam in conuiuio tarenti-
noz turpia de ipso loquentes p̄conta-
ri cepit a quodam qui conuiuio inter-
fuerat/ an talia de ipso dixisset/ qui re-
spondit. nisi (inquit) vinum nobis de-
fecisset/ ista que tibi relata sunt/ p̄-
bis que de te locuturi eramus/ lūis
ac iocus fuissent. Quo dicto tam vrba-
na crapule excusatio/ veritatēq; sim-
plex confessio/ iram regis conuertit in
risum. p̄fatisq; regis clem̄ etiam ob-
tinuit. vt ⁊ tarentini sobriū gratias si-
bi agerent ⁊ ebriū bene p̄carentur.
Audiamus q̄ pietatem id adeptā fu-
isse quod crudelitas obtinere non solu-
ta est. Illi ergo se homines non dicāt
qui pietati humanitati debitam non
habent. nec debet putari magnitudo
animi virtus/ sed crudelitas/ si comes
non fuerit pietas. Unde tullius li. i.
de officijs. Iusto magnitudo animi re-
mota pietate ⁊ coniunctione humana.
feritas quedam ⁊ inhumanitas est.
Et idem li. ij. Sicut quedaz membra
amputantur/ si languere ⁊ sp̄ū carere
ceperint/ ne noceant reliquis partib⁹
corpore/ sic ista in figura hominis fe-
ritas ⁊ immanitas belue a communi
tanq̄ humanitate segregāda est. Nā
pietate conditio humana obseruatur/
⁊ indignatus homo mitigatur. Nam
teste oza. in epl̄is. nō adeo fer⁹ ē vt n̄
mitescere possit. his q̄ p̄cludat s̄moib⁹
caritatis opus pietatez esse/ naturāq;
pietatē querere.

Ca. vndecimum de pace ⁊ concordia.
Pax filia p̄is ē. nec mutuo
cari sunt/ qui concorditer non
uiuunt. Unde tullius philip-

pica secunda. nullum armatorum prelium est nisi benivolentia et caritate sit susceptum. Nomen certe pacis est dulce. et ipsa res salutaris. nec est aliud quam tranquillitas libertas. illa tamen non est reputanda pax que vitij consentit. Unde seneca libro de moribus. pacem habeto cum hominibus / cum vitij bellum. Et fulgentius libro nictologiarum. quod sapientes viri maiorez cum vitij quam cum inimicis pugnant gerunt. Numquid ergo lamentandum occurrit. si ut plurimum pacem se habere dicant hi quorum voluntates consentaneae sunt in malum. Quomodo enim pax erit. ubi princeps discordie diabolus regnat. Quomodo etiam pax est te cum. si tua voluntas tue rationi contradicat. si aliud vis et aliud te debere velle iudicas. in nullo enim scilicet re pax est. Rursus pacem habeant qui rempublicam prospere regere perunt. Nam (teste salustio in ingurthino) concordia parue res crescit. discordie maxime dilabuntur. Et varro in suis sententijs. Alit autem concordia mores et cohabitantium animos format. Sapienter igitur rempublicam non regunt qui non nisi prelia querunt non sunt enim querenda prelia nisi ut pax melior habeatur. Qui autem bellant ut pacem habeant non discordiam sed pacem querunt. quia si pacem haberent vitij non pugnarent. eorum autem pugnantia pacis est. Qui vero pugnant pacis non intentam. dissipatores communitatum sunt. Unde tullius libro primo de officijs. quare (inquit) suscipienda quidem bella sunt ob eam causam ut sine iniuria in pace vivatur. Itaque bellum suscipiatur ut nichil aliud nisi pax haberi videatur. Unde didimus ad alexandrum. Nos bella non gerimus sed pacem moribus non viribus confirmamus. sola fortuna est aduersus quam sepe pugnamus et semper

vincimus itaque non contra pacem sed contra fortunam pugnabimus. sic enim pugnantium scilicet contra pacem prava intentio est. Unde merito a veteribus mos usque ad presentia tempora habetur. ut nullis pugnare liceat nisi tractatus pacis precedat. Vnde tempus ante pugnam prefiguratur in quo pars una alteram alloquitur. si autem pax inde haberi non possit. prelium consequitur. Si qui autem ad huiusmodi tractatum se flectere noluerint arbitrando se omnia obtinere posse. nimis si casus contingat illis. Unde iulius celsus in libro bello gallico ipsius cesaris libro tertio. Inter duos (inquit) bellantes hoc unum tempus agendi de pace est. dum sibi uterque confidit. quod si alteri paululum fortunam tribuerit. vir utetur conditionibus pacis qui superior videtur. nec equa parte contentus erit. qui omnia credit se habiturum. Sed proculdubio qui pacem abnegat. iure meretur ruinam. ille tamen pacem non abnegat. qui suo renunciare iure recusat. Aliqui tamen vitij melius est iuris partem relinquere quam sui occasione animas perdere. quia pace nihil melius est. Unde prosper in epigram. moribus in sanctis pulchra est concordia pacis. Sperantur mundi prelia pace dei. Et lucanus libro primo. heu qui bella gerunt. Et subdit. Impia et eterna ruperunt secula pacem. Et idem lucanus libro secundo. nimia res discordia paces turbat. et libro decimo. Nulla fides pietasque viris qui castra sequunt. Venalesque manus ubi fas ubi maxima merces. quod scilicet plures armigeri omne illud reputant eis licitum quod est lucubundum. Absit igitur discordia quicquam a nobis. quia (teste cathone) ira odium generat concordiam nutrit amorem. Et prudentius. Pax plenum virtutis opus. pax summa laborum. pax belli exacti precium quod periculi. nil placitum

est sine pace deo. nec munus ad aras. Et subdit. Omnia prope patiens. atque omnia credit. Numquam lesa dolet. cuncta offensacula donat. Ex quibus apparet. quod vir patiens est pacificus. Viri autem pacifici munera deo placent. litigatorum nunquam

Ca. xij. de vero et ficto amore.

Flecto ficta vel decipere querit. vel saltem obsequi non intendit. quicumque tamen fuerit fictus amor. proditio suspectus est. Absit ergo talis. sed verus amor assistat. quia singula verus amor iungit. offensas mutuas cauet. obsequia quoque impendere facit. Virgilius in bucolicis. Omnia vincit amor. et nos cedamus amori. Et virgilius de amore loquens ait. quis non mortalia peccora cogis improbe amor. Quibus in epistolis. Res est solliciti plena timoris amor. Credula res amor est. auribus interdum voces captamus. Nempe quod amat sollicitate placet. et nocere timet. ptegere querit. Unde ovidius. li. sine titulo. Felix qui quod amat defendere fortiter audeat. Quid non amor improbus audeat. ut ponit idem ovidius li. de fastis. Nauis vix tam bene amare sciunt. Raroque verus reperit amor quam amare et sapere vix a deo conceditur. ut ex puerbis sapientum colligit. Plures etiam id amant quia precium ex amore sperant. tales autem non homines sed eius munus diligunt. quia ut ponit ovidius li. pallegato de fastis non querit precium. vitam qui debet amare. Et prosper in epigram. Ancipitis vite qui vis superare labores. dilige quod semper verus amor habet. quia scilicet homo debet contentari de eo quod amicus habet. nec debet pretermitti amor. si numerum copia desit. Vnde (teste sidonio in suis epistolis li. v.) pte

ta dilectio non tamen debet recedere quod officiorum soluerit. quam meminisse quod de beat. quia scilicet perfecta dilectio beneficiorum quantitatem non cernit. sed voluntate contentatur. Nam (teste mattheo in thobias) gratia dum nubit nature tunc fructus amoris plenior est. Nullus enim amor melior quam ille. cuius radix non est cupiditas. sed gratia. que vitiam in christo terminetur. Unde seculius. Fortia vincula debet peccati sua potestas. Dulcis amor cristi. gratia vincula debet. Sed proculdubio quam teste pho. omnia bonum appetit plurimorum tamen inest non christo. sed vitij amor. Nam in quibus nutriti sunt. bec diligunt omnes. Si habeant ergo mali quod diligunt. abutuntur amato. si autem careant. tunc vitiorum flamma gratia diu estuat amore. Unde et qui pauperes quosque sunt. absentia bona avidius cupiunt. et qui venereis actibus imperum conquirant expectant. feruentiori amori licet prauo anhelant. Quibus di. iii. de arte. mora semper amantes in citat. Et li. iij. metha. tempore crescat amor. quo magis tegitur. tanto magis estuat ignis. Et idem li. vi. nec capiunt inclusas peccatoe flammam. Iste est mundanorum amor. qui non clarescere sed pallere facit. iuxta illud ovidij primo de arte. Nalleat omnis amans. hic est color aptus amanti. O vitiam a cordibus iste recedat amor. non solum allicit. sed inficit. primo placet. tandem displicet. magno labore vendicatur. et cum gaudio exiguo possidetur. talis non est omnium terrenorum amor. Discat ergo fidelis bona spiritualia vere ad amare. In quibus sperant et non habent. est plenitudo desideriorum. et cum possidentur. est amplitudo gaudiorum. Rursus discant homines mutuo se amare in christo. Alius enim amor cito deperit. Experimur enim tot in seculo se predicare amicos. inter quos sola fictio est. quia

eorum amor non in christo sed in vanitate est. Amor autem vanus semper est fictus et amor vanitatis mox decidere solet. Hoc enim amore liberi plures suos diligunt parentes. quorum mortem fidei lacrimis plangunt. sed vitam eorum non diuturniorem cupiunt. de quibus seneca epistola lxxij. Quis autem ferat hos qui negligentissime cum amicis habeant. miserissime lugent. nec amicum quempiam nisi perdididerint. ideo tunc effusius merentur. quia verentur. ne dubium sit an amauerint. De ipsorum lacrimis inquit tullius. nichil lacrima citius arefcit. Et iuuenalis libro quinto satyra prima. Et maiore domus gemitu. maiore tumultu planguntur nuntii quam funera. nemo dolorem fingit. in hoc casu vestem diducere summam contectus. vexare oculos humo coactus. ploratur lacrimis amissa pecunia veritasque tales amici non diligunt. sed diligere fingunt. nec lugent pro amico. sed pro damno flere videntur. et dolere. sed hoc faciunt voluntario more. Unde ovidius secundo de reme. ut flerent oculos erudite suos. Et galterus alexander eos. vi. Leue tibi lacrimae veniunt. leuiusque recedunt. et subdit. impendunt lacrimas miseris arcentibus illis. quia scilicet tales seipso arcent et cogunt ut fleant. utinam tales seipso primo flerent. eo quod fingunt quod minime habent. Oratione in poena si me vis flere. dolendum est primum ipsi tibi. Tristia me stum vultus verba docent. Nam huiusmodi ploratores stultis feminibus comparantur. Unde catbo. femina dum plorat. hominem fugare laborat. audiuius quod repbandum amorem. quorum fletus pro amicis facti sunt. et apparentes. sed eorum etiam repbandus est amor. quorum facta sunt gaudia. De quibus Tibullus. Neque difficile est imitari gaudia falsa. Difficile est triste fingere mente iocum.

Non bene mendacis risus componitur ore. Non bene sollicitis ebria verba sonant. Unde sidonius in epistolis libro quinto. quasi inquit quidam barbarrismus est morum. sermo iccundus et animus afflicus. et tullius primo de officiis. Turpe est valdeque vitiosum. in re seuera. conuiuio digna verba. aut delicatum aliquem inferre sermonem. que omnia faciunt facti amici. in quibus nulla veritas est. Valerius narzat de rutilio qui nolebat facere quod eum amicus suus factus rogabat. quia non erat iustum. quapropter amicus hoc videns rutilio dixit. quid mihi quod opus est tua amicitia. quinquideus id non facis quod te peto. cui rutilius. Sed quid queso michi valet amicitia tua si propter te aliquid inhoneste facturus sum. Unde narzat alfunsius qualiter vnus phis de arabia petijt a filio suo quot amicos haberet. cui filius respondit multos se habere. et tunc pater. miror inquit. quia iam senex sum. et in tota vita mea non potui michi acquirere nisi vnum solum. petens a filio an ipse non magnus reputaret multos habere et dicens ei quod bonum est amicos habere probatos. sed ante est probare quam amare. et ad probandum amicos precepit filio suo porcum occidere et occiso in sacculum ponere. fingereque hominem esse quem occidisset. Idem alfunsius narzat de duobus mercatoribus vno de baldach et altero de egipto simul manentibus in egipto quorum egiptius volebat uxorem ducere. quam tamen ille de baldach adamabat vbi vero hoc sensit egiptius uxorem ei dimisit cum dote sua. malens uxorem perdere quam amicum. Idem alfunsius ille de baldach repatriauit secum ducens uxorem suam et diues maxime effectus est. Alter vero in tantam paupertatem devenit. ut hostiantum panem quereretur et panem querendo. quoniam visus ad illud locum vbi ille de baldach manebat.

ibi intrauit ecclesiam. et eo dormiente ante ostium ecclesie homo quidam interfectus fuit. et duz homicida non inueniretur. ille pro suspitionem captus confessus est homicidium. malens mortem obire quam diu tantam sustinere miseriam. Vex ipse amicus suus de baldach. cognouit dum ante iudicem ducebat ad condemnandum. alta voce exclamans. quod ipse interfecerat hominem. alter autem ex opposito instabat se fecisse. quam pessimam altricationem videns ille qui homicidium veraciter commiserat. compunctione tactus. et videns innocentes condemnari velle. narzauit veritatem. et iudex vbi factum scire conperit. propter amicorum necessitudinem. homicidam indulsit.

Capitulum tredecimum de adulatione. que est ficta amicitia.

Adulatio veritati inimica est. et omnis adulator homo vel nutu mentitur. ideo veteres sapientes non solum adulari sed etiam adulatorum nuncupari timuerunt. Tullius in rhetorica secunda. Nolo esse laudator. ne videar esse adulator. et socrates presentem minime laudari decet. Nam adulator est dyabolus blandus et syreni mortifere comparatur. Nam blanditur auribus. et interitum querit. Unde seneca libro viij. naturalibus quod stonibus. adulatoribus latus non prebeas. sunt enim artifices ad captandos supnozes. Hoc enim habent adulationem blandicie quod etiam cum rescitur placent. et ad id iam demencie venimus. ut qui parce adulatur. pro maligno sit. Ipse tamen seneca adulari respuebat. ipse dicente. si de demencia. malo inquit veris offensio. quam malis adulando placere. Raro enim hoc simul contingunt ut eadem vox sit dulcis et solida. teste ipso seneca in declamatio-

nibus libro tertio. Quid ergo sapiens est. adulatoribus minime credat. fictis enim sermonibus adulantur homines sicut preterito pabuli hamo capiuntur pisces. Unde petronius adulatorum ficti cum cenas diuitum captant. nichil pro vel posterus meditantur quod id quod grauisimum adulatoribus putant fore. Et don in epistolis libro iij. Sedator epulaz laudabilem profert sententiam non de bene viuente. sed de bene pascente. tales enim cum aliquid volunt plus laudant. postmodum postulant. Unde varro in suis sententiis. Adulationis species est. cum laus postulationem precebit. Quod utinam tales ficti adulationes non essent. Nam erodes in principibus generant. suorum veneno suauis (aspidis more) mori dormitudo cogit pro suo venenum scilicet oronem blandam. quam veneno pasci dyogenes recusauit. Vbi narzat vale. maxi. quod dyogeni olera lauanti aristippus dixit si dyoniso adulari vel lesistam non esses. Cui dyogenes. si tu ista esse velles dyoniso adulari non curares. Rursus philosophus quidam dicitur spensippus (qui fuit nepos platonis ex socore) adultores contempsisse legitur. Unde cuiusdam adulanti sic dicebat. nichil inquit proficis. cum te intelligam. et merito. quam (teste prudentio) latitat lupus ore canis. latet. lam mentitus quem sub vellere molli. Nempe quisquis adultores dicat. decipere nichilominus semper intendunt. quorum impia verboritas in peccatis detinet multos. Unde prosper in li. epigram. lingua assentatrix vitium peccatis aceruat. et delectatur crimine. laude ligat. Dixit igitur cur sapiens talibus mendacijs credat. Sed mirabilis. si quis ex laude sue turpitudinis gloriam accipiat. quod huius faciunt qui ex peccatis gloriuntur. De quibus propheta. Quid gloriaris in malicia qui propter bonorum gloriam nimis vana es.

Bonus igitur si fueris: ne p mercede
adulatoꝝ mendacia suscipias. Si au
tez peccaueris ve tibi si adulatoꝝ cre
dideris. absit. n ut alieno sermone pi
q̄ tue p̄scentie credas. dicente catho
ne. Nus alijs de te q̄ tu tibi credere
noli. Quisq̄ ergo gradus extiteris.
adulatoꝝ respicias. Vñ seneca libro
de quatuor virtutibus. tam tibi triste
sit laudari a turpibus. q̄ vt lauderis
ob turpia. Difficilimū tamen opus cō
tinente assentationes adulatoꝝ repel
lere. q̄rum sermones aīm quadaꝝ vo
luptate resoluūt. nulliusq̄ p̄ assenta
tionem amicitia merearis. nec aliu
m tuas obtinere sinas. Et subdit. nō acer
ba sed blanda verba timeas. Nō tñ
diebus adulatoꝝ p̄mouentur. licet
politraticus libro tertio ca. p̄mo dicat
q̄ omnis adulatoꝝ virtutis inimicus
est. sequelam habet et tñ fraudeꝝ et p̄
dutionem semper intendit. Cur
igitur diliguntur talcoꝝ veraces obio
habentur. vñaz adulatoꝝum conso
cia tanq̄ venenosa vitarentur. Exem
plo vlyris. de quo refert seneca episto
la quinquagesima quarta. q̄ claudē
bat aures syrenibus. quibus adula
tores intelliguntur. Ideo idem seneca
epistola. lxxvi. venit ad me pro amico
blandus inimicus. scilicet adulatoꝝ.
adulatio autē. cui fit. ipsum infatuat
vt dicit idem seneca epistola. lxxij.
Quo igitur abijt magnatum sapien
tia. Vocibus enim adulatoꝝ infatua
ta sunt. si autem sapientes existerent.
adulatoꝝ oleo non impinguerentur.
Vnde propheta. oleum peccatoꝝis non
